e ¶ Et alacri. Affectio enim operi tuo nomen imponit. vt C. ad. l. corne. de sic. l. j. ff. de fur. l. qui iniurie. in princi.
f ¶ Leges nr̃as Scz institutionũ Accur.
g ¶ Onñ dite. i. ita pficite in hoc libro vt ita moribus informati sitis: nam boni mores plus q̃ diuitie opantur. vt. ff. õtu. ꝛcur. da. ab his. l. scire. §. j. ꝛ. ff. d ver bo. obli. si quis stipulatus. in fi.
h ¶ Ut spes. id est hec spes sit de vobis nostram rempublicam posse gubernari.
i ¶ Perfecto. i. lectis aliis libris.
k ¶ Nostram alias vestraz.
l ¶ Eius. reipublice.
m ¶ Uobꝭ. id est a vobis credẽdis lectis etiam aliis libris. Uel si habes credendam idest committendam vobis datiue legitur: et hoc dico legitimo opere perfecto id est cũ quinquennio legeritis: nam tunc opus consummatur: vt in proemio. ff. §. quod quia solutum. Et qꝙ dicit in partibus eius. ideo est: quia multe sunt partes eius vt prefectura consulatus: ꝛ alie multe vt patet ex

caij [a] nostri tam institutionum q̃ rerum quotidianarum [b]: aliisq multꝭ commentariis cõpositas (cũ tres [c] viri prudẽtes pdicti nobꝭ obtulerĩt) ꝛ legimꝰ: ꝛ cognouimꝰ ꝛ plenissimũ nr̃arũ constitutionum robur eis accommodauimus.

¶ Hic ipator exhortatꝰ iuuenes ad studiũ ꝛ fructũ pollicetꝰ docẽs alacriter ꝛ volũtarie: ac sollicite ius ciuile esse addiscẽdũ. ꝛ h sit loco sume vsq ad finẽ. Aretinus.

¶ Summa itaq ope [d] ꝛ alacri [e] studio has leges [f] nostras accipite: ꝛ vosmetipsos sic eruditos ostendite [g]: vt spes [h] vos pulcherrima foueat toto legitimo opere pfecto [i] posse etiã nostrã [k] rẽpublicã in ptibꝰ eiꝰ [l] vobis [m] credẽ

tractatibus de officiis. in. ff. ⁊ in. C.

a ¶ Credendis. i. quia creditur s3 primam expositionem. vel si habes credendam. dic vt in glosa .s. Accur.

b ¶ De iustitia ⁊ iure rub. ¶ Justinian9 tractatur9 iura populi romāi pmittit ŏ iustitia q̄ ē mater iuris. et ideo ab ea icipit sic: obligatio mr̄ est actionis. vt. ff. de procu. licet. §. ea obligatio. et ideo premittitur in tractatu. vt. j. ŏ obli. i pri. ⁊ de ac. in prin. ¶ Additio. Dictū ē q̄ iustitia est mater iuris. Hoc verum est si consideretur ius prout est in actu secus si prout est in habitu hominis qa ius ⁊ iustitia tunc fuerunt ⁊ sunt simul omni tempore. Jason.

Justitia est mater iuris.

dis [a] gubernari. Datum. xj. kal. decembris.

¶ Dñi iustiniani sacratissimi Aug. Institutionu3 seu elmētorū. Lib. j.

¶ De iustitia [b] ⁊ iure [c].

¶ Justinianus veluti optim9 pceptor imitat9 ē rectum ordinez p cedendi: qui deb3 esse diffinitiu9: diuisiuus: ⁊ exēplorum positiuus: ⁊ primo ponit diffinitionez iustitie.

Iustitia [d] est constans ⁊

Iustitia. ¶ Totus iste titulus quinq3 habet partes. Nam in prima ponit diffinitionem iustitie. In secunda ponit diffinitionem iuris prudentie. In tertia declarat q̄ ordine et q̄ via tradende sūt leges. In quarta describit precepta iuris vel diffinit ius secundu3 opinionē quam tenebo. In quinta diuidit ius per membra. Secunda ibi: iuris prudentia. Tertia ibi: his igitur generaliter cognitis. Quarta ibi iuris pcepta. Quinta ibi: huius studij. Chistoforus porcus

diuisio.

c ¶ Et iure. scilicet quod ius iustitiam prosequitur: vt minister vel filius Sed quare de hoc ponit in rubrica cum in textu nihil dicatur diffiniendo: licet diuidendo sic? Respondent quidam ideo non ponit in textu de iure ne grauaret rudes animos secundum Py. quod nihil est. Uel dic hoc plerunq3 fieri. vt aliquid ponatur i rubrica quod in textu non ponitur. vt. C. de religio. nam nihil in textu ibi dicitur de ludo alee. Uel dic q̄ est verius. vt diffiniatur vt dicemus. j. eo. titu. §. iuris precepta in glo.

Questio.

Rubrica qn̄q3 ē generalior nigro.

d ¶ Justitia. Hec iustitie diffinitio potest intelligi de diuina iustitia quasi. d. Diuina iustitia est voluntas constans et perpetua ⁊c. ⁊ secundum hoc hec verba in ea posita sunt plana. Sed nonne iniustu3 fuit q̄ tantum datum fuit mercennario sero venientu q̄tum illi qui mane venerat: quod tamen dei iustitia laudat vt. ff. de annuis legatis l. ij. ⁊. ŏ. verborum significatione. l. ij. §. cuiuscunq3? Respon. illud diuinum mistice dicitur quasi dicat tantum habebit de paradiso ille qui decedit in hoc vltimo seculo si faciat bonum: q̄tum et ille qui decessit in primo seculo.

¶ Additio. Et hoc ideo est: quia

ecclia nunq̃ claudit gremiuz redeũtibus: vt in epl'a interclaras. C. de sum. trini. c. super eod. extra de here. lib. vj. vnde Ange. aretinus. ꝛ Jason may.

¶ Ut patet in his versibus Uinea cl'ta fuit: cultores p̃mia q̃rũt. Nõ labor equalis: equalia dona fuerũt. Sic deus ostendit ꝙ quandocunq̃ venimus. Arripiamus inter: certi de munere sumus.

ꝑpetua voluntas: ius suuz vnicuiq̃ tribuens[a].

¶ Hic ꝯscribitur iuris prudẽtia. An.

¶ Jurꝫ prudẽtia ẽ diuinarum: atq̃ humanarũ rerum

¶ Additio. Jmmo non fuit iniustum: qꝛ paterfami. tanq̃ moderator rei sue potuit in ea talem legem statuere. vt. C. mã. l. in re mandata. ꝺm Jason. ¶ Uel dic secundum Joã. ꝙ de fragili hominis iustitia loqtur. q. d. iustitia humana: vel q̃ est in homine: est voluntas cõstans ꝛc. ꝛ. secundum hoc illa duo verba. constans ꝛ perpetua abijciuntur extra quia homini non possunt conuenire: cum scriptum sit. ꝙ septies in die cadit iustus. ꝛ illud. nunq̃ in eodem statu permanet. vt in auten. de non. ali. aut permu. §. vt autem. Jtem quod infi. dicit. ius suuz vnicuiq̃ tribuens. intellige q̃tum ad affectionem: quia ad actum non põt. q. d. habẽs affectum tribuendi. sicut. s. in rubrica proemij dicitur de augusto. sic de matrimonio quod est indiuiduum. vt infra. de pa. po. in prin. licet interdum diuidatur. vt patet. C. de repu. l. consensu. Uel tertio expone: vt in summa huius tituli. vt voluntas id est mensconstans idest bona quasi habitus mentis bonus. Sed Tullius sic diffinit. Justitia est habitus animi: communi. vtilitate seruata: suam cuilibet tribuens dignitatem. secundum Platonem. Justitia est virtus que plurimum potest in his que nimium possunt. Uel ꝓut ego credo. Justicia. est animi congrua dispositio i singulis rebus recte diiudicans.

Justitie diffinitio ꝺz Tul.

Justitie diffinitio ꝺz platonez.

¶ Additio. Quesiuit modum in quo voluit emendare iustinianum: ꝛ ideo vos dicite ꝙ hic iustitia diffinitur generaliter. ad argumenta vero breui distinctione facile sic respondebitis aliquando consideratur iustitia prout est in abstracto tunc iustitia est constans ꝛ perpetua.

¶ Additio. Aliquando consideratur prout est in concreto vt est posita in corpore hominum administrantium: et tunc dicitur corruptibilis non ratione essentialitatis iustitie sed ratione mali contenti: hoc est praui hominis. Exemplum posset poni in notabili rustico meo qui posuit vinum optimum in prauo vase et destructum est. Cristophorus porcus. Uel aliter potest dici ꝙ dum hic dicitur ꝙ iustitia est constans et perpetua voluntas: debet intelligi de ea constantia et perpetuitate que potest homini conuenire vt hic per angelum et per. Bartolum. in lege. iusticia ff. eodem. Jason may.

a ¶ Tribuens. vt honeste viuat sibi. ꝛ sic alterum non ledat: immo proficiat: vel dic ius suum. i. hominis meritum.

¶ Juris prudentia est diuinaruz. Casus. Ego quesiui a Justiniano imperatore. O domine respondeatis mibi

tis mihi. ad hanc questionē. Nos dicimus quotidie q̄ bonum est habere iuris prudentiam. Dicite ergo mihi quid est iuris prudentia vel quis dicatur habere iuris prudentiam

noticia [a]: iusti atque iniusti scientia.

¶ Prio leuia: deinde difficiliora sūt docēda ne scolares aut studiū dserāt aut cū magno labore ad sciam diffidē

Et certe imperator respondet dicēs q̄ ille dicitur habere iuris prudentiam qui scit cognoscere res diuinas et humanas. et qui cognoscit iustum et iniustum. Tertio dicit ex quo vidimus in prima parte quid est iustitia. et ex quo vidimus in secunda quid est iuris prudentia. Etiam videamus qualiter leges sunt docende et quo ordine. et certe leges sunt docende hoc modo q̄ scolares qui volunt audire iura ciuilia primo debent incipere a leuibus: scilicet ab hoc libro instituta. postea debent ascendere ad grauiora scilicet ad librum digestorum et codicis. Et redditur ratio quare sit incipiendum a leuibus. quia si incipiant a grauioribus scilicet ad librum digestorum et codicis vnum de duobus male accidet seu eueniet: quia aut rudis propter nimiam difficultatem deseret. seu relinquet prorsus studium: aut si non deserat. hoc est si propter nimiam difficultatem non dimittat studium tamen cum magno labore quinetiam cum diffidentia consequatur quia non habebit spem nec fiduciam q̄ vnq̄ȝ aliquid sciet seu perueniat ad fructū scientie: ad cuius fructū citius peruēisset si a leuioribus studiū suū incoasset ¶ Juris precepta. Quarto dicit q̄ ius nostrum ciuile vno de tribus accipitur mōis aut precipit vt quis honeste viuat aut precipit vt quis alterum non ledat: aut q̄ vnus homo ius suum vnicuiq̄ȝ tribuat. De primo ponitur exemplum in glos. que incipit. Quantum ad se et c. de secundo ponit exemplū quod nō debȝ vnus alteri iniuriaȝ inferre. vt ff. e l. iij. de quo pone exēpluȝ vt i iudice qui vnicuiq̄ȝ debet suum ius tribuere. prout. s. dixit in diffinitione iustitie.

¶ Huius studij. Quinto dicitur i §. huius studij ex quo scilicet vidimus quid est iustitia. Item ex quo vidimus quot et qualia sūt iuris precepta. Et est sciendum vltio loco q̄ ius nostrum ciuile in duas partes diuiditur. s. in ius publicum et priuatum. Et primo dicit quid dicatur ius publicum. Et certe ius publicuȝ dicitur illa pars iuris nostri que tractat de vtilitate totius mundi quod dic vt in glo. q̄ incipit et cō sistit. Scdō dicit qd dicat priuatū. Certe ius priuatum dr illa ps iuris nostri q̄ tractat de vtilitate singulorū vt puta vt fundus meus ab altero possessus restituatur mihi vel puta vt debitor meus qd dȝ mihi soluat et alia infinita exempla posses ponere. Tādē dicit ex q̄ vidimus qd est ius publicū: nunc videndū est quid ius priuatum. Et sciendū est q̄ ius priuatum est collectum ex preceptis trium iurium. s. ex precepto iuris naturalis. Item ex p̄ceptis vl p̄cepto iuris gētiū. Itē ex p̄ceptis iuris ciuilis. et de his p̄ceptis iuris naturalis: gentiū: vel ciuilis pone exēpla. vt i glo. q̄ incipit. In iure em.

a ¶ Noticia. potest recte legi: vt

illa dictio scientia: sit ablatiui casus vel econtra sit nominatiui casus. et hec dictio noticia sit ablatiui casus sic. j. tit. j. in princi. Sed nunquid secundum hoc oportet quicunque vult iuris prudens vel iuris consultus esse debeat theologiam legere? Rn. non nam in corpore iuris hec omnia inueniunt vt. C. de summa trinitate et fide catholica. et. C. de sacrosanctis ecclesiis et de episco. et cle. et in autenti. sub multis titulis. vbi specialiter de diuinis tractatur. Item que est differentia inter iustitiam. et ius et iuris prudentiam? Rn. Justitia est virtus. Jus est eius virtutis executiuum.

Additio. Angelus non putat hoc verum quia immo magistratus est ille qui exequitur ius. vt. l. ii. §. post originem. ff. de origi. iur. Angelus.

Juris prudentia est scientia illius iuris. Item iustitia est summum bonum. ius medium. iuris prudentia infimum. Item iustitia vult tribuere vnicuique ius suum. Jus vero coadiuuat. Juris prudentia docet qualiter illud fiat.

a His igitur gene. Nunc vult dicere qualiter leges sunt docende.

b Cognitis. i. posita diffinitione

iustitie et iuris prudentie. Accur.

c Et incipientibus. Datiue possunt legi cum verbo. infra videntur vel ablatiue vt superius respiciant et hec verior.

terautem tardius perducant. h. d. Areti.

His igitur[a] generaliter cognitis[b] et incipientibus[c] nobis[d] exponere iura populi romani ita maxime videntur[e] posse tradi commodissime: si primo leui[f] ac simplicis via post deinde diligentissima[h] atque exactissima interpretatione[k] singula tradantur. alioquin si statim ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterum aut desertorem studiorum efficiemus: aut cum magno labore eius: sepe etiam cum diffidentia (que[l] plerunque iuuenes auertit[m]

d Nobis. Loquuntur compilatores huius libri in persona iustiniani qui debet exponi per eos.

e Videntur scilicet iura populi romani.

f Leui quo ad verba.

g Simplici. quo ad sententiam.

Additio. Et ideo positionibus debet sine plica responderi nisi essent respondenti captiose vel rei de qua agitur natura ipsam exigeret. Angelus.

h Diligentissima. quo ad subtilia verba.

i Exactissima. quo ad subtilem materiam et scientiam.

k Interpretatione. id est facili sententia.

l Que. scilicet diffidentia.

m Auertit. not. contra inconstantiam.

Additio. Que non admittitur inter viuos in contractibus nominatis circa idem si actus valet seu circa diuersa si sint connexa: alias secus. Angelus.

Sic. ff. de procu. in cause. in prin. et in auten. de mona. §. cogitandum. vn

Immo videtur quod est nominatiui casus sed propter porcum quia punctus solum verbo noticia obtinet vi copule.

hoc verum sed docto. sic consideretur sic verba que

ad ordinem prioritatis et posterioritatis et tunc dic summum bonum id est primum etc. vt. j. de iure perso. in prin. alias secus.

Salomō. Tria sunt mihi icognita et quartum qd penitus ignoro: via colubris super lapidē: via auis volātis in aere via nauis in medio maris: quartū difficilius via iuuenis i adolescētia suauī dant i integrū restitutiōe. eorū facilitatib⁹. vt j. ō here. q̄. et dis. § sciendū et ista patēt his versibus. Cū sit pena grauis. cognoscere q̄ via nauis. Vel colubri: vel auis: pueri grauior via quauis.

seri⁹ ad id pducemus ad qd leuiori via duct⁹: sīn magno labore ei⁹: et sine vlla diffidentia maturius [a] pduci potuisset.

Tria iuris pcepta Christoforo.

in decre. in princi.

e Ius suum vt nō solū ledat: sed etiā adiuuet. nam non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonū est vt argu. in decre. lxxxvj. distin. non satis. Sz nōne hec verba accipiūtur hic sicuti diffinitio ne iustitie in fine. Respon. non immo ibi h tria cōpphendit h aūt illud solum quod extra duo prima relinquitur. Et nota. q in hoc reprobo opiñ. Py. et aliorum qui dixerūt q in h titulo nō diffiniebat ius quod est ars boni et equi: cuius merito qs nos sacerdotes appellat. nam dico q hec verba que hic sunt tantundē prestant. nam quod hic dicit: precepta iuris per hoc dicit ars: cum ars sit collectio multorum preceptorū. Item per hoc q dicit: honeste viuere. alterum non ledere: valet tantum q̄ztum boni et equi. Item per hoc qd dicit: ius suum vnicuiqz tribuere colligo cui⁹ merito quis nos sacerdotes appellat. i. sacra vel iura sua cuilibet ministrātes. vt hic. et ff. eo. l. j. ij. respon.

Juris [b] precepta sūt h honeste [c] viuere alterum [d] non ledere ✝ ius suum [e] cuiqz tribuere.

Diuisio iuris et subdiuisio iurispri.

Hui⁹ studij due

a Maturius. Hic nota prouerbium. Qui vadit plane vadit sane.

b Juris precepta. id est iura pcipientia: pcipiūt aliqd qd ptinet ad aliquod istorū triū. nā non oē ius pcipit imo quoddā punit: quoddā vetat quoddā pmittit. vt. ff. de leg. et se. cō. l. legis. qōdā cōsulit vt. ff. de rei vendi. l. is q. et quoddā hortatur vt. C. de transac. l. age.

c Honeste. scilicet q̄ztum ad se q̄ honestas et circa matrimonia est. vt ff. ō ri. nup. l. semper. et circa mores seruat. vt. ff. de tuto. et cu. da. ab his l. scire oportet. §. pen.

Additio. Et ideo dicit Ange. mulierem honeste viuere que viuit secundū mores loci, sed caste viuere non intelligitur que transit ad secūda vota: scilicet respectu mariti defuncti vel filiorum eius: sed respectu aliorum secus.

d Alterū non ledere. vñ illō: Qd tibi non vis fieri alij non feceris vt

Additio. Glo. h loqtur inutilia et remota. vnde Py. verū dicit q hic imperator non diffinit ius. aliud enī est ius diffinire: aliud iuris precepta enarrare. Joannes fabri. Hu ius studij.

Diuiditur in quatuor partes sicut sunt quatuor dicta. Ang.

f Huius studij id est artis adipiscende per studium.

Margin: q̄stio. An autē seipm liceat offedere vel alteri offēsio ne sui p mit tere vi de hic p ioā. fabri et Ang. et p ar. cōt. i c. si nō h. xxij q. v. Juris diffinitio. Diuisio.

sunt positiones[a] publicū ⁊ priuatū ¶ Publicū ius[b] ē qd̄ ad statū rei[c] romane spectat[d]. Priuatuz est: qd̄ ad singulorum vtilitatem pertinet[e] Dicendum est igitur de iure priuato[f]: quod est tripartite collectuz Est enim ex naturalibus[h] preceptꝭ aut gentium[i] aut ciuilibus[k].

¶ De iure naturali gētiū ⁊ ciuili.

a ¶ Positiones. i. species fm py. sed secundū Azo.sic.i. super duobꝰ generibꝰ nō speciebꝰ ponit hec ars studio dilcēda. nec em̄ placet ꝙ ex multitudine rerum multa dicantur iura: sic ei diceretur ius aliud equinuz: quod sup equo tractaret aliud asininū. ⁊ sic d̄ figulis: sꝫ credo ꝙ iste nō fuit pyni intellectus sed ille qui est preceptoris mei. Accursius.

b ¶ Publicū ius. Et consistit in sacris. i. sacerdotibus (j) ⁊ magr̄atibꝰ ff.e.l.j.§.publicuz. ⁊ i aut. vt li.ma. ⁊ auie.§.qr vo.col.viij. ⁊. C. d̄ sum. tri. ⁊ fi. ca. inter claras. ⁊. ff. de. ori. iu.l.ij.§.post originem.

¶ Additio.i. Notat hic Ange. ꝙ cum ius publicum consistat in sacerdotibus: ꝙ sacerdos est persona publica. non potest tamen alteri stipulari: nisi de eo qd̄ spectat ad ipsum: vt vsuras restitui. vt not. ioā. an.i.c.q̄ꝫ.ex̄ de vsur.li.vj. An.

c ¶ Rei romane: id est romani imperij. sic ponitur. ī. d̄ pat. potest. §. ius autem.

d ¶ Spectat. s. principaliter. nam ⁊ singulorum est vtilitas rem publicam conseruari.

e ¶ Pertinet. s. principaliter: secūdario autē ad publicā vtilitatem ptinet expedit enim rei pu. ⁊c. vt. ī. d̄ his q̄ sunt sui vel alie. iu. §. pe.

f ¶ De iure priuato. Sed qd d̄ publico? Rn̄. non dicet in hoc libro. sed. ff. de iure. fis. et. C. eod. titu. ⁊ in alijs titu. sequentibꝰ ⁊ fere per oēs tres libros codicis vbi de iure pu. tractatur. Et nunquid illud est tripartite collectū. Rn̄. sic vt statim dicam ⁊ ex eisdē preceptꝭ Cū ergo eadem sint exempla publica ⁊ p̄uata q̄re de priuato tm̄ dixit qd̄ ē tripartite collectū? Rn̄. qr plā erat de eo p̄uato dicturus. Itē cuz fecisset hūc librū cā rudium nolebat eos multum aggrauare qd̄ fecisset si tractasset de iure pu. i h̄ li.

¶ Tripartite. In iure em̄ priuato vt in suo toto tripartita sunt precepta naturalia. vt hec. Neminē cum alterius damno fieri locupletem. vt ff. de condi. inde. nam hoc natura. Item gentium. vt quod quisqꝫ ob tutelam sui corporis fecerit: iure fecisse existimetur. vt. ff. e. l. j. ij. ⁊. iij. Item sunt precepta ciuilia. vt precepta de vsuc. quia de priuata vtilitate est vsuca. vt. ī. de vsuca. in prin. ibi. Ne dn̄ica ⁊c. Et sic publicum ē ex eisdē exemplis: ⁊ pone eadē exēpla. vt ecce: a iure naturali: vt non locupletet cum iactura alterius res publica a iuregētiū vt liceat reipublice ꝓpulsare iniuriā. Itē a iure ciuili: vt respublica vsucapiat: sicut p̄uatus. q̄ exēpla posuimꝰ. s. statim ī verbo iure priuato.

Juris p̄uati tripartiti exēpla. Juris publici tripartiti exēpla.

h ¶ Naturalibꝰ. i. iuris naturalis

i ¶ Aut gētiū. i. p̄ceptis iurisgētiū.

k ¶ Aut ciuilibus. scꝫ preceptis.

Côtinuató

De iure naturali. Dictū est .s. q ius priuatum est collectum ex naturalibus preceptis: gentium: ⁊ ciuilibus nunc de eis dicit. Et primo de iure naturali. Xpo.

Masculi ⁊ femine cõiūctio: item pcreatio liberorū ⁊ educatio sunt d iure naturali: eo q2 ista sūt propria oim generū aialiū. h.d. scõm. Are.

Ius a naturale ē qd natura omnia

Diuisio.

Ius naturale ē. Totus iste titulus diuiditur in quinq3 partes. Primo põit d iure naturali. Secundo de iure gentium: ⁊ ciuili. Tertio ponit vnam diuisionem iuris ciuilis. Quarto rediens ad ius ciuile: ⁊ naturale ponit vnam differentiam inter ipsa iura. Ultimo ponit circa que versatur ius ciuile. Secunda ibi: ius autem ciuile. Tertia ibi: constat autem. Quarta ibi: sed naturalia. Quinta ibi: omne autem. Et hoc principium etiam diuiditur in tres partes. Primo ponit diffinitionem iuris naturalis. Secundo declarat illam. Tertio probat per effectum. Secūda ibi: nam ius. Tertia ibi: hic descendit. Ange. Jus naturale.

Casus. In prima parte sic forma casum. Quidam scholaris rudis accessit ad principem Justinianum: ⁊ corā eo talem proposuit questionem. Dñe imperator dicite mihi qd est ius naturale? Impator respondit sibi. Jus naturale ē quoddā ius quo iure oia aialia sunt instructa ⁊ pita a natura. id est a deo. Uel ius naturale est quoddam ius quo iure naturali deus omnia aialia instruxit ⁊ docuit: ⁊ in idem p oia recidit hec positio casus cum pria bene dico oia aialia: q2 non solum habet locum in hominibus: sed in oibus aialibus: siue in celo. i. in aere nascatur: vt aues: siue in terra: vt alia animalia: siue in aqua nascatur: vt pisces. Uidemus enim. idest videre possumus oia aialia nedum hoies esse perita huius iuris naturalis.

Hic d scēditiste secūdus ver. Hic descēdit vsq3 ibi videmus. Ponit duo vel tria exēpla d hoc iure naturali. Mouetur masculus ad coniungendū se femelle: vel vir ad coniungendum se femine: que coniunctio vocatur matrimonium secundum iura ciuilia. Secundum exemplum est tale. Jure isto naturali mouentur homo et femina ad procreandos ⁊ nutriendos filios. i. liberos. Nam isto iure naturali mouentur hoies ⁊ femine ad cõmiscēdum se ad inuicē: quā cõiunctionem faciunt: ideo vt liberos procreēt ⁊ eisdem liberis procreatis mouent eodē iure naturali ad eosdem liberos alendos ⁊ nutriēdos.

a Jus naturale est quod natura .i. deus ⁊ nominatiue: ⁊ ablatiue potest legi sic. s. ti. j. §. j. Et not. q quatuor modis ius naturale ponitur. Quandoq3 pro iure gentiū. vt. j. de re. di. §. singulorum. Qñq3 pro iure pactorum: ⁊ sic pro iure pretorio: vt ff. de pac. l. j. Quādoq3 pro eius cõtrario. i. pro eo quod rescidit pacta vt in restitutione minorum. vt. ff. de mi. l. j. Qñq3 pro instinctu nature. vt hic. ⁊ ff. e. l. j. §. ius aūt naturale. Et sm cañ. ius naturale dicit qd in lege mosayca. [illegible] vel in euāgelio cõtinet: vt i pn. decre. Et istud qd hic ē noiatiui casus. qñq3 hec dictio naturale est ablatiui casus ⁊ ecõtra est

Jus naturale: q̃tuor mõis põit.

accusatiui: quando natura est nominatiui. et tunc dic. natura. id est deus. ¶ Additio. i. Docuerũ in preceptis moralibus: secus in misticis seu figuratis: quia illa sunt mutabilia sed Christo.

de iure gentium etiam dici potest: alit sed quia ab eo receptum est. ✠ de iure ciuili etiam dici potest: quia ei formam adiunxit et solennitatez. vt patet. j. de nupt. per totum titulum: cuz dicit a quibus nuptijs sit abstinendũ. et ff. de ritu nuptia. per totũ. vnde debet dici ꝺ iure ciuili. vt. ff. ꝺ iustitia et iur. l. ius ciuile.

Ioan. fab. ne parentes sint icerti ꝺ filijs q̃s alere teneñt. rõ naturalis dictat matrimõiuz ✠ Ul ꝗ ad substãtiã cõsensus

a ¶ Naz ius. bene dico oia animalia. Naz ius istud &c. non solũ est hoim: sed cõmũe oim aialiuz. &c.
b ¶ Humani. i. hominũ.
c ¶ In celo. idest in aere. vt aues que in arboribus et aere nascũtur. vt. j. de re. di. §. apium.

aĩalia docuit. Naz ius [a] istud nõ solũ hũani [b] generis p̲priuz est sed et omniuz aĩaliũ: que in celo [c]: que i terra [d] que in mari [e] nascuntur. Hinc [f] descendit maris [g] atq; femine cõiugatio [h]: quaz nos matrimonium [i] appellamus. Hinc [k] liberoruz procreatio: et educatiõ [l] Uidemus etenim ceteram [m] quoq; aĩalia istius [n] iuris peritia censeri.

¶ Cuilibz poplo iurisdictiõez habẽti permittitr ius p̲priuz statuere: qđ ius ciuile vocatur.

d ¶ In terra. vt fere bestie que in suis lustris. i. cubiculis nascuntur: et etiam quedam aues.
e ¶ In mari. vt pisces. idem dico et si in qualibet alia aqua nascũtur.
f ¶ Hinc. i. ab hoc iure naturali. s. deo qui primo adam eue cõiunxit: et in paradiso delitiarum posuit.
g ¶ Maris. idest masculi.
h ¶ Coniugatio. Scilicet animorum non corporum. vt. ff. de re. iu. nuptias. ¶ Additio. Est tamẽ differentia secundum Angel. quia secuto solo cõsensu possibilis est separatio p ingressum monasterij. vt. C. de epis. et cle. deo nobis et in decretali. ex publi. de conuer. cõiug. secus autem secuta carnali copula.
i ¶ Matrimonium. id est effectũ matrimonij. Et sic nota ꝙ matrimonium quo ad originem est de iure ✠ Ul naturali scilicet deo, vt hic dicit. ✠

Mři mõiuz a triplici iure est.

k ¶ Hic liberorũ procreatio. Nam deus operatur ad liberorum procreationem: et naturalis instinctus.
l ¶ Et educatio. Naz hoc iure: scilicet naturali mouetur parens ad educationem filiorum suorum potius q̃ alienorum. vt. ff. vnde liberi. scripto herede. in fi. et ad hoc etiã tenetur parens nisi pro se sit insufficiens. vt. ff. de agno. lib. l. si quis. §. sed et si filius. et. §. deniq;.
m ¶ Cetera. Scilicet animalia, nedum homines.
n ¶ Istius iuris. Scilicet naturalis de quo loquimur. Ex eo enim ꝙ auis volat: piscis natat: gallina oua calefacit: mouentur isto iure naturali.
¶ Ius autẽ. ¶ Diuiditur in tres partes. Prio ponit dictũ bimẽbre. Secundo ponit exemplũ primi mẽbri. Tertio ponit exẽplum secundi mẽbri. Secunda ibi: nã quod. Tertia ibi. quod vero. Angelus.

Diuisio.

a ¶ Diuiditur.i.vnū ab altero sic cognoscitur. Accur.
b ¶ Legibus ꝛ moribus. Naꝫ quidam sunt qui reguntur tantū moribus: ꝛ etiam quidam qui nec moribus: nec legibus: vt hoies siluestres etiaꝫ quidam legibus tm̄: ꝛ nō moribus.
c ¶ Cō mūi. Jd est eo iure qd̄ est in cōmuni apud omnes: siue scriptum sit siue non.
d ¶ Jus ciuile. Ut sūt statuta terrarū que iura municipalia dicuntur vt.C.de eman.libe.l.j. ꝛ sic dicitur ad differentiam iuris naturalis. i. iurisgentiuꝫ. ꝛ ita accipitur hic. Secundo modo dicitur ius ciuile lex. xij.tabularū vt.ff.de iu.ꝛ iur.l.ius ciuile.§.hoc igitur. Tertio dicitur ius ciuile omne ius quod non est ꝑtorium: ꝛ sic accipitur.ff.de iusti.ꝛ iu.l.ius autē ciuile. in prin.ꝛ.§.ius pretorium. Quarto dicitur disputatio prudētiū que fuit facta super.l. xij.tabularū.vt.ff.de ori.iur.l.ij.§. hec disputatio. scdʒ Jo. Quinto qcquid scriptū habemus de iure: dicitur ius ciuile, vt cū dr̄: est eni ſctissima res ciuilis sapientia que precio nūmario nō est estimanda.vt.ff.de va.cogni.l.j.§.proinde. Sexto dicitur quotiēs adijcit aliqd iuri naturali: vt in mr̄imonio modo diximus: vel detrahit iuri naturali. vt in vsurpatōnibꝰ. vt.j.de vsuca.i prīc. ✠ Uel addit iuri gētiū: vt i tutela inuēta a iure ciuili originaliter.vt.j.de tute. in prin. vel dtrahit: vt in potestate seruorum restricta.vt.j.de his q sui vel alieni iuris sūt.§ sed hoc tempore. hoc eni ius ciuile dicit.vt.ff.de iusti.ꝛ iu.l.ius ciuile j.rn̄.ꝛ hec exēpla sunt ibi notata.
e ¶ Naturalis ratio. Nota ꝙ iusgētiū naturali rōne est inductū: vt h̄ ꝛ.j.de re.di.§.singulo℞.vn̄ ē ius immutabile.vt.j.e.§.lꝫ naturali. Ac.
f ¶ Utūtur. Ut est religio erga deū vt parentibus ꝛ patrie pareamus. ✠ ꝛ contra violentiam resistamus. vt.ff.de iustitia.ꝛ iur.l.j.in fi.ꝛ.l.ij. Jtem conuentiones: siue pacta que apud omnes gentes valent.vt.j.eo.§.ius autem gentiuꝫ.ꝛ.ff. de pac.l. iurisgentium. in princi.

Jllud vo qd̄ ab oi gēte equaliter custodit̃ ius gētiū appellat̃.h.d. Are. vł sic ꝑmbaldū Statuta ɔdita a ppl'is ius ciuile dr̄. Nā pplo iurisdictiōeꝫ habēti permissum est ius proprium cōstituere Quod vero ab omni gente seruatur: ius gētiuꝫ nūcupatur.

¶ Jus aūt ciuile vel gentiū ita diuiditur. Oēs populi: qui legibus[b] et moribus regunt̃: partiꝫ suo ꝓprio: partiꝫ cōmuni[c] iure oim̄ hoiꝫ vtunt̃. ¶ Nā quod quis ꝙ ppl's ipe ius sibi cōstituit id ipsius ꝓpriū ciuitatis ē: vocaturꝙ ius a ciuile quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturalis[e] ratio inter oēs gētes constituit id apud oēs populos pereque custoditur vocatur ꝙ ius gētium quasi quo iure oēs gētes vtūtur[f]. Et

Jus ciuile sex modis dr̄

✠ Jn h.s. orco iur̄ oia cōrāt cōmūia ꝫ ...so. hic alō si gl.presupp. ꝙ illo iu. cēt dare meū ... ruū cessetfal. vt per Jaco. dare. Bal. ꝛ albericū in l.ius ciui.ff.d iusti.ꝛ iure.

✠ textus eit no. ꝫ Jaso. in.l.j.§.generaliter.ff.de vē.i pos. mittē. quemadmodum bald. reputat singularem i.l.matres.C.

populus itaq; a romanus partim suo b proprio: partim communi omniu; hominum iure vti tur. Que c singula qualia sint suis locis proponemus d.

¶ Jus ciuile appellatur ab illo q̃ ipsum cõdidit: ⁊ appellatiõe iuris simpliciter intelligitur de romano. Aretinus Vel sic. Uerba simpliciter prolata in potentiori ⁊ digniori significato intelliguntur. hoc dicit Baldus.

¶ Sz ius e quidẽ

ad tertuli. et cui potius sit parendũ: vide per Ange. are. h re meuum et tuũ esset falsa. vt p Ja. d are. Bal. ⁊ alberi. i. l. ius ciuile. ff d iust. ⁊ iur.

a ¶ Itaq;. Quia omnis populus vtitur partim iure communi.

b ¶ Suo Quod pro se tantum cõ posuerunt. als esset lex generalis. vt j. eo. §. lex.

c ¶ Que singula. Scilicet iura gentium ⁊ ciuilia quibus vtũtur ciues romani. et effect⁹ eorum iurium dicetur. infra de re. diui. §. singulorum. vsq; ad finem tituli vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gentiu;. Item. infra de vsucapio. ⁊ in titul. sequentibus. in quibus dicitur qualiter acquiruntur dominia iure ciuili. ⁊ secundu; hoc refertur ad proximu; dictum: ⁊ illud intelligas de de iure ciuili romanorum generali. Uel aliter dic. proponemus. infra eodem titulo. §. penul. vbi dicit alterum variabile vt ciuile: alterum non vt gentiu;. ⁊ secundum hoc nõ refertur ad proximum dictum: sed ad hoc quod dicit. s. nam ⁊c. ⁊ etiã. quod vero ⁊c.

d ¶ Proponemus: Sed vbi? Respondeo forte. infra de rerum diui. §. singulorum. ⁊ refertur non ad proximum dictum sed ad id quod dictu; est. Na; quod quisq; ⁊c. ⁊ ibi. Quod vero.

e ¶ Sed ius quidem ⁊c. Diximus autem populos commune aut propriu; ius habere. Sed ⁊c. ¶ In prima particula sic forma casum. Ca-

sus. ¶ Quidam scholaris accessit ad principe;. ⁊ tale; proposuit questionem. Domine imperator dicite mihi que sit differentia inter ius gẽtium ⁊ ius ciuile, et ideo quero q; volo vnũ ius ab alio scire discernere. Imperator respondit. Amice dico tibi q; omnes populi qui vtuntur iure scripto et iure nõ scripto pro parte vtuntur suo proprio iure. scilicet ciuili. ⁊ pro parte vtuntur iure communi omnium hominum. Secundo dicit scholaris. Domine imperator vos loquimini sic obscure q; non intelligo vos. Quid est hoc dicere q; omnes populi qui vtũtur iure scripto ⁊ iure non scripto pro parte vtuntur suo proprio iure ⁊ pro parte vtuntur iure communi omnium hominum. Dicit imperator q; dixi tibi q; vtuntur pro parte suo proprio iure sic intellige q; ius quod sibi facit quilibet populus illud est proprium ius illius populi vel ciuitatis: id est appellatur ius ciuile: id est ius proprium illius ciuitatis: puta statuta municipalia que in singulis ciuitatibus fiunt. Tertio dicit imperator q; illud ius quo vtuntur omnes gentes de mundo naturali ratione. id est discretione est inductum appellatur ius gentium. id est ius quo omnes gentes de mundo vtuntur ⁊ sic

ciuile ex vnaquaqꝫ ciuitate appellatur[a] veluti atheniensiũ naꝫ si quis velit solonis[b] vel draconis leges appellare ius ciuile atheniensiũ non[c] errauerit. Sic[d] enim ⁊ ius quo romanꝰ populus vtitur: ius ciuile romanorum appellamus vel ius[e] quiritum quo quirites vtuntur. ro-

amodo aperta est differentia inter ius gentium ⁊ ciuile: quia ius ciuile est propriuꝫ cuiuscꝫ ciuitatis: ius vero gentium est commune omnibus. Quarto dicit Iustinianus. Non solum quidem alij populi vtuntur pro parte iure ꝓprio id est ciuili: et pro parte iure cõmuni omniũ hominũ: id est iure gentium: sed etiaꝫ populus romanus hoc ideo facit: q2 pro parte vtitur suo iure. ꝓ parte. id est suis proprijs statutis: ⁊ ꝓ parte vtitur iure communi omnium hoim: id est gentiũ. Quinto respõdet Imperator cuidaꝫ tacite obiectioni: q2 possent aliqui dicere. Domine imperator vos fecistis mentioneꝫ nũc de iure gentium ⁊ ciuili: dicatis de natura vtriuscꝫ iuris. Dicit imperator excusando. Ego dicam in cõpetenti loco scilicet in. §. penultio. vbi dicit ꝙ ius gentium est immutabile: ⁊ ius ciuile mutabile ẜm expositionem istius. §. Uel alio modo intellige istam quintam particulam: vt in glo. que incipit scilicet iure gentium: id est hoc totum in prima parte principali. In secunda parte assignat iustinianus secundã differentiam inter ius gentiũ ⁊ ius ciuile que secunda pars ꝯtinet quatuor partes: vt. s. dixi in prima particula Hoc dicit ꝙuis ius gentium non habeat denominationeꝫ ab aliqua ciuitate quia non dicitur ius gentium romanorum: vel ius gentium bononiensium. tamen ius ciuile habet denominationem ab ea ciuitate in qua factuꝫ est: vt ecce statuta que fiebant apud ciuitatem athenarum per alios sapientes scilicet solonem et draconem possunt dici ius ciuile atheniensium. Secũdo adducit simile ꝙ statuta facta rome possũt dici ius ciuile romanoruꝫ vel ius ciuile quirituꝫ q2 romani appellabantur quirites a quodam eorum rege qui quirinus appellabat. Tertio dicit: sed qd dicemus si simpliciter dicatur ius ciuile nec addatur nomen ciuitatis in qua factum est illud; ius de quo iure intelligimus. Respondeo per excellentiam intelligitur ius ciuile de iure ciuili romanorum. id est de statutis eorum. Quarto adducit simile. Ecce cum dico poeta ⁊ ei non addo nomen proprium per excellentiam intelligitur d̃ Homero apud grecos: vel de Uirgilio apud latinos.

a ℭ Ciuitate appellatur. i. nomen illius ciuitatis vbi factuꝫ est ius ciuile debet ei imponi.

b ℭ Solonis. Nomina sunt compositorum statutoꝝ. in illis ciuitatibus: sicut si appellat quis ius ciuile bonoñ. statutũ a cõpositoribus inuentum ⁊ consilio confirmatum.

c ℭ Non errauerit: immo bene dixerit.

d ℭ Sic enim ⁊ ius. Quod pro se tantum composuerunt: aliter esset generalis lex vt. j. eod. §. lex est. et de hoc scilicet iure ciuili generali

potest hic loqui.

Quirinus vñ dicit.

e ¶ Jus quiritum. Pro eodem licet nomina mutet.

a ¶ A quirino. Qui fuit eorum rex dictus a quiris quod est hasta: quia magna hasta in bello vtebatur.

b ¶ Ciuitatis. Sed simpliciter dicit ius ciuile.

c ¶ Nostrū. Scilicet romanorum per excellentiam.

¶ Additio. Et iõ dicit Joannes fa. ꝙ insupplicando pro prebenda ecclesie cathedralis specificatio ipsius ecclesie vitiaret: q2 sufficit ꝙ dicatur in ecclesia Lugd. vel Par. ꝛ ꝙ ita õ facto vidit obseruari.

d ¶ Jus. Scilicet ciuile romanorum si est propriū. vel generale si est factum vt sit generale.

e ¶ Uirgilius. Idem in apostolo. nam paulus in diuina scriptura intelligitur. Item vbi dicitur sapiẽs: intelligitur salomon.

Diuisio. ¶ Jus autem. Primo ponit vnum dictū. Secundo ponitur ratio quare ius gentium fuit inuentum. Tertio ponitur effectus: siue ponuntur inuentiones iuris gentium. Secunda ibi. nam ius. Tertia ibi, bella. Angelus Aretinus.

mani eniʒ a romulo: quirites a quirino[a] appellãtur. Sed quotiẽs non addimus nomẽ cuius sit ciuitatis[b] nostrum[c] ius[d] significamus. sicuti cum poetam dicimus nec addimus ei nomen: subauditur apõ grecos egregius homerus: apud nos virgilius[e].

¶ Jus gentium omnibus hominibus est commune ꝛ ab omnibus gentibus fuit factum vsu ꝛ necessitatib⁹ exigẽtib⁹: ex quo bella licita oriuntur: et captiuitates: ꝛ seruitutes: ꝛ contractus quibusdam exceptis. h. d. vsq ad. §. constat. Aretinus.

¶ Jus[f] autẽ gentiũ omi humano[g] generi cõmune ẽ. ¶ Nã vsu[b] exigẽte ꝛ hũanis necessitatibus...

¶ Jus autem gentium. Casus. ¶ Quãuis in superiori. §. tractauerit de iure gentium ꝛ ciuili: q2 tamen de iure gentium tractauit ibi plane: ideo hic plenius tractat repetendo ẽt de eo qõ dixerat. Et diuidit hunc §. in tres partes. In quarũ pria parte dicit ꝙ ius gẽ. ẽ cõmune oib⁹ hominibus õ mũdo. Secũdo reddit rõeʒ quare ius gẽtium fuit inductũ: que ratio talis est. Homiẽs idigebãt aliquibus statutis: ideo multa iter se statuerunt que dicuntur ius gentiuʒ: ꝛ maxime bella ꝛ captiuitates ꝛ seruitutes que sunt iure gentium: que seruitutes sunt contrarie iuri: quia de iure naturali omnes homines liberi nascebãtur. Tertio dicit ꝙ iure gẽtiũ sunt introducti quasi omnes contractus: de quibus multa exempla. ponit in textu.

f ¶ Jus autem. Autem pro sed. et repetit de iu. gen. vt aliqd addat.

g ¶ Omni humano. Sed nũquid plura humana genera sunt? R̃ñ. nõ expono ergo. i. omnibus hoibus. Gen⁹ humanũ est vnicũ.

h ¶ Nam vsu. Ab initio eni pauci erant homines: indiguerunt tamẽ aliquo cõmuni vsu. ꝛ quãdo plures

fuerunt tunc magis suas consuetudines habebant ⁊ statuta: puta vt nullus vineam vel hortum alterius intraret. ⁊ hoc sequitur. ⁊ probatur ff. de iusti. ⁊ iure. l. ex hoc iure.

omnes contractus esse de iure gentiuz: sed non omnes obligationes. nam que ex maleficio: vel quasi sūt: non sunt de iure gentium: sed vel a lege. xij. tabularum: vel alia lege.

Bellū est a iure introductum.

sitatib⁹: gētes hūane iura q̄dā sibi cōstituerūt. Bella [a] etenī orta sunt: et captiuitates secute: et seruitutes: q̄ sunt naturali iuri ↄtrarie. Jure eniz naturali oēs homines ab initio [b] liberi nascebāt. Et ex hoc iure gētiuz omnes pene [c] contractus: introducti sunt: vt emptio et venditio: locatio: ⁊ cōductio: societas depositum mutuū ⁊ alij innumerabiles [d].

a ¶ Bella. Sed quomodo a iure descēdit belluz cū sit a iure prohibitū. vt. ff. de vsufr. l. equissimū: R̄n. loquit de eo quod a pplo romano est indictum hostibus vt. ff. ō cap. ↄpostlimi. reue. l. hostes. §. bello. ¶ Additio. Jmmo a quocunq̄ etiam priuato pro suo recuperādo: ⁊ de licentia superioris ⁊ per ipm recuperare non valeat. ⁊ hoc neduz contra suum detinentes. sed etiam eos iuuantes. icōm Jo. ⁊ docto.

¶ Jtem propulsare violentiā quod est licitum. vt. ff. de iusti. ⁊ iure. l. vt vim. ⁊. ff. de vi ⁊ viar. l. j. §. vim vi cum moderamine tamē. vt. C. vnde vi. l. j.

b ¶ Ab initio. Sed nunq̄d hodie? Quidā dicunt sic. nos contra. nam seruus nascit. vt infra de iu. p. §. serui. ⁊. ff. de nata. resti. l. interdum.

c ¶ Pene. Pene dicit propter quatuor contractus. vt stipulationem? vt. j. de act. §. de constituta. Jtem litterarū obligatio. vt infra de lit. obliga. Jtem propter contractum emphiteoticū. vt infra loc. §. adeo. Jtem propter sponsalitiam largitatem. id est donationem propter nuptias. vt in auten. vt spon. largi. §. j. ⁊. ij. col. ix. Et nota q̄ hic dicitur

¶ Additio. Pro ut glo. loquitur in quasi maleficijs approbat q̄ in his contingit aliquem obligari: ex facto alieno: quod ius gentium non considerat: sed prout loquitur i maleficijs reprobatur per. l. j. ff. de fur. vt per Angelum. ⁊ Christoforum. hic.

d ¶ Jnnumerabiles. idest nō facile ad numeranduz habiles. vt. j. de re. corpo. ⁊ incorpo. in princi.

Diuisio.

¶ Cōstat. Diuiditur iste. §. in tres partes. Primo ponit dictum bimēbre. Secundo ponit exemplum primi membri. Tertio exempluz secūdi membri. Secūda ibi. Scriptū. Tertia ibi. in. §. Ex nō scripto. Jtē secunda subdiuiditur in duas partes. Primo ponit quid est ius scriptuz. Secundo ponit exempla. Secunda ibi. Lex. angelus.

¶ Constat autem ius nostrum. ⁊c. Casus. Uidim⁹ de iure naturali in principio huius titu. Jtē vidimus de iure gentiū supra. §. proxi. Jtez vidim⁹ de iure gētiū ⁊ ciuili mixtī. supra. §. Jus aūt ciuile. vsq̄ ad. §. Jus aūt gētiū. Sz q̄ de iure ciuili nō plene tractatū est: ideo tractabit i h̄. §. ⁊ se. vsq̄ ad. §. Sz naturalia. Et ē sciēdū q̄ iste. §. vsq̄ ad. §. Ex nō

scripto. diuiditur in sexdecim partes. In prima parte dicitur ꝙ ius nostrum ciuile diuiditur in duas partes. scilicet in ius scriptum ⁊ in ius non scriptum . ⁊ hoc ad similitudinem

Ius scriptū cō sistit in sex partibus hic nominatꝫ h.d. cū quo concordat scda distictio. §. lex est ꝗm Are.

grecoꝛū qui similiter iure scripto ⁊ iure non scripto vtebantur. Secundo dicit ꝙ primo est videndum de iure scripto. Et est sciēdum ꝙ ius scriptum constat ex sex partibꝰ iuris. scilicet ex iure ⁊ plebiscito seu ex senatuscōsulto: ex pricipum placitis pretoꝛum edictis : ⁊ ex responsis prudentum . Tertio dicit quid est lex. Certe lex dicitur illa quam populus romanus faciebat consule senatoꝛum interrogante populum vt ecce quando emergebat aliqua questio que non erat soluta per aliquam legem pulsabatur cum campana ad Arengam. ad Arengam. ad Arengam. Et sic congregabatur populus romanus et tunc loquebatur magistratus senatoꝛum ⁊ dicebat populo ibi congregato. Domini mei talis questio emergitur de nouo: quam questionem non reperimus decisam in nostro iure. placet ne vobis ꝙ ad decisionem illius ita ⁊ ita statuatur. Et populus simul vel diuisim clamabat vel clamabant dicētes. Sic fiat vel sic fiat: ⁊ sic taliter constitutum dicebatur lex . Quarto dicit quid sit plebiscitum . Et certe plebiscitum dicitur illud ius quod plebs romana faciebat tribuno plebeioꝛum interrogante plebem. Ecce enim quando emergebat aliqua questio pertinens ad plebem seu plebeios que non erat soluta per legem aliquam : pulsabatur cum quadam alia campana: ad Arengam. ad Arengam: ad Arengam. Et sic congregabatur plebs romana. Et sic tunc surgebat magistratus scilicet tribunus plebis: ⁊ dicebat plebi. Talis questio emersit: placet ne vobis ꝙ ad decisionem illius sic vel sic statuatur . Et ipsi clamabant dicentes. Fiat sic et sic . ergo illud taliter constitutum appellatur plebiscitum . Quinto dicit. Dicimus ꝙ lex fiat a populo: et plebiscitum a plebe. Sed que differentia est inter populum et plebem? Respondeo . Populus est genus quia appellatione populi omnes ciues romani continentur . scilicet nobiles patricij ⁊ senatoꝛes et ignobiles. Sexto respon. cuidam tacite questioni: nam posset aliquis dicere . Nunquid tantum valent plebiscita quantum leges . Et dicit ꝙ sic. ex quo fuit facta quedam lex que appellatur hoꝛtensia . in qua continetur ꝙ plebiscita obtinent vim legum . Septimo quid est senatusconsultum ⁊ certe senatusconsultū est statutum a senatoꝛibus compositum. sine leges a senatoꝛibus pꝛomulgate. Octauo respon. cuidam tacite questioni: nam aliquis posset dicere senatusconsulta videntur superflua nonne sufficiebant leges et plebiscita? Respon . dicens ꝙ senatusconsulta non sunt superflua. Nā populus romanus erat in tantum augmentatus ꝙ erat quodāmodo impossibile ꝙ semper quādo debebant fieri alique leges noue po-

pulus et plebs congregari posset. Et ideo vtile visum fuit populo q senatores possent iura condere sine populo et plebe. et sic quando congregabatur populus consul senatorum interrogabat.

¶ Cōstat autē ius nostrū[a] quo: vti

Nono quid ē placitum. dicitur lex imperialis. nam quod principi placuit pro lege seruatur. Decimo respond. cuidam tacite questioni. Nam posset aliquis querere: quare princeps potest legem facere. Respond. Quia populus romanus transtulit in eum principem omne ius et imperium: et maxime potestatem legis condende. Undecimo dicit q imperator potest facere legem vt dixi. ergo id quod instituit imperator seruatur pro lege: etiam si in modum epistole faciat: vt. infra de his qui sui vel alieni iuris sunt. §. fin. Uel ita si inter litigantes cognouit et diffinitiue pronunciauit: volens q illa sententia esset lex. vt. C. de legibus et constitutionibus. l. fin. vel etiam si apponat in lege quam facit hoc vocabulum edictali vel edicto. vt. C. de secun. nuptis. l. hac edictali. Duodecimo q leges imperiales proprie appellantur constitutiones. Tredecimo dicit q legum et constitutionum imperialium sunt quedam personales quedam generales. Personales dicuntur que ad aliquas personas extenduntur ecce si alicui ob meritum id est propter suum meritum princeps indulsit id est pepercit: quia deliquit contra principem: et princeps videns istum q bene sibi seruierat dat sibi suam gratiam. Ista gratia quam dat sibi princeps non transtulit ad aliam personam. ideo dicitur in textu. q priuilegium personale non transgreditur personam cui tale priuilegium conceditur. Alie vero generales constitutiones sunt in omnibus alijs hominibus. Quartodecimo dicit de magistratuum siue pretorum edictis. dicens q pretorum edicta obtinent vim legum. Etiam dicit q hoc ius pretorium potest etiā honorarium appellari ab honore ipoꝝ pretorum qui faciebant huiusmodi ius. Quintodecimo dicit q isti pretores romani erant multi. et ex his erant quidam qui appellabantur ediles currules qui similiter faciebant suas leges super certis articulis vel capitulis que leges sunt pars iuris pretorij. Sextodecimo et vltimo etiam iustinianus dicit que sunt responsa prudentum. Et certe responsa prudentum dicuntur sententie et opiniones illorum sapientum romanorum quibus permissum erat a principe iura componere: qui iurisconsulti appellabantur. que responsa eorum tantam habebant potestatem q nullus iudex poterat contra eorum responsa semel pronunciare.

¶ Cōstat. ¶ Diuiditur iste. §. in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secundo ponit exemplum primi membri. Tertio exemplum secundi membri. Secunda ibi. Scriptum. Tertia ibi. in. §. Ex non scripto. Item secunda subdiuiditur in duas partes. Primo ponit ius scriptum. Secundo ponit exempla. Secūda. ibi. Lex. Angelus. diuisio

a ¶ Jus nostrum. Idest ciuile romanorum. de quo diximus. s. eod. §. sed ius. Large vocatur ius ciuile

quicquid scriptum habemus de iu re generali vt diximus . s. eod. in glos. vt sunt statuta terrarum &c. ibi quinto &c. Item quicquid habem' de moribus hic comprehendit scilicet generalibus: vt patet ex iferioribus.

murautem ex scripto aut non scripto vt[b] apud grecos[c] νομος και θεσμος.

a ℭ Ex scripto. De hoc dicit vsque ad. §. ifra ex non scripto. & de nō scripto ibi dicit. Acc. ℭ Addi. Non tamen est necessaria scriptura ad substantiam legis sed ad probationem tantum argu. l. contrahitur. ff. de pig. secundum docto. hic.

ℭ Scriptum autem ius est lex: plebiscita: senatuscōsulta:[d] principum placita: magistratuū edicta respōsa prudentum.

ℭ Diffinitio leg[is]

b ℭ Ut. pro sicut.

c ℭ Apud grecos. Nā & greci vtebantur iure scripto. et non scripto vt. j. eod. §. & non ineleganter.

ℭ Additio. Aduerte autem q in textu: ponitur monos kai thesmos caracteribus grecis. Unde nomos grece dicit lex scripta latine & thesmos lex non scripta kai id est q̄ q̄ significat et. Quod autem prius impressum fuit sonoy monoy ridiculum est et nullo pacto grecum.

d ℭ Senatusconsulta. quare dicti s[unt] ꝯsules no. ff. d ori. iu. l. j. §. exact[is].

Leg[is] diffinitio. e ℭ Lex est. Hec diffinitio quo ad sententiam concordat cum ea que est. ff. de leg. et senacō. l. j. licet quo ad verba dissentiat. Diffinitur & alio modo. Lex est sanctio sancta: iubens honesta: prohibens contraria: que sumitur ex lege greca. ff. de leg. & senatuscons. l. ij. Item diffinitur tertio modo vt i alia lege greca colligitur in eod. titu. de le. & senacons. l. 1. Ac. ℭ Addi. Quid sit lex vide Bald. alijs duobus modis diffinientem in. §. fin. qui incipit. in huius operis in titu. de pa. constan. Jason may.

hoc ponit. Ange

ℭ Lex ē[e] qd ppl' roman' senatorio magistratu iterrogāte (veluti [f] consules) ꝯstituebat

ℭ Diffinitio plebisciti & dr̃ia inter plebem et populū Angelus.

ℭ Plebiscitū ē q plebs plebeio m[a]g[ist]r[at]a

f ℭ Ueluti. Exemplificatiue ponitur vt. s. §. proxi. nam facta cōuocatione populi romāi magr̃atus. s. senatus: non totus sed qui maior erat omnibus interrogabat populum s. consul an sic placeret.

ℭ Additio. Et iō dicit ange. q non valeret statutū in cuius cōfessione ꝯstaret q nō fuerit i ꝯsilio p priorē fctā ꝓpositio: sec' tñ i dubio. Ang. are. ℭ Et sic ad libitū ppli fiebat vt ff. de ori. iu. l. ij. §. deinde.

g ℭ Cōsule. nā ꝯsul vice senatoꝝ int̃rogabat ppl'z: & sic ipi senatores videret iterrogare. Nā q p aliū facit p se facere vr̃. vt. ff. vi & vi ar. l. j. §. d iecisse. & ff. d admi. tut. l. ita āt. §. gessisse. ℭ Addi. Dz tñ i libello exp̃mi q pter[ea] aliū tuo noie tale qd ꝯmissū fuerit. al's agēdo ꝯ te & p[ro]bādo d alio tuo noie expoliāte ñ obtiere t. sz. Jo. fa. & āg. ℭ Nā recte oīa nr̃a facim' qb' a nobis auctoritas

tu iīrogāte veluti[a] tribūo ꝯstituebat.

¶ Plebs autē a pplo eo differt: qꝺ spēs [b] a genere nā appellatione ppli vniuersi ciues significant: ꝯnumeratis etiam [c] patricijs [d] ꝛ senatorib⁹. Plebis autem appellatione sine patricijs ꝛ senatoribus ceteri ciues significantur.

¶ Sꝫ ꝛ plebiscita lege ortēsia[f] lata nō min⁹ valere q̄ꝫ leges ceperunt.

¶ Diffinitio senatusconsulti ꝛ quare senatoribus pmissa est facultas legis condende. Angelus.

¶ Senatuscōsultū ē qꝺ senat⁹ iubꝫ atqꝫ ꝯstituit [g]. Nā cū auct⁹ ē ppl's roman⁹ in eū modū vt difficile esset in vnū euꝫ cōuocari legis [h] sanciende causa: equum visuꝫ est senatū vice populi consuli [i].

impartitur. vt. C. de vete. iu. enu. l. j. versi. omnia.

a ¶ Ueluti. exemplificatiue ponit vt. s. §. prox. erat eīn vn⁹ noīe tribunus qui p̄erat plebeiorū magistratui q int rogabat plebeios vt. ff. de ori. iu. l. ij. §. mox cū reuocata ꝛ. §. iisdē tpib⁹. et mlt̄as leges habem⁹ de his vt de. l. aql. vt. j. ad. l. aql. §. ex hoc tn̄ capite. ꝛ ne p̄sides accipiāt nisi esculenta vt. ff. ꝺ of. procō. l. solent. §. fin. ꝛ. ff. de offi. presi. l. plebiscito.

¶ Additio. Sed nec hodie illa habētes salariū: vt ibi no. secus in delegatis extra de rescrip. c. statutum §. insuper. lib. vi. Jo. fa.

gn̄eris diffinitio.

b ¶ Species a genere. Est aūt genus quod p̄dicat de plurib⁹ differētibus specie vt aīaliū: aliud rōnale aliud irratiōale: ꝛ sic se habet populus vt sequitur ad nobiles ꝛ ignobiles.

Speciei diffinitio.

Species aūt q̄ p̄dicat ꝺ plurib⁹ differētib⁹ nūero: vt hō: ali⁹ titi⁹: ali⁹ seius: sic se hꝫ plebs: nā minores tm̄ cōprehēdit: vt sequit.

c ¶ Etiā. q. d. non solum plebis appellatiōe ppli ꝯnūerāt sꝫ ēt patricij.

d ¶ Patricijs. Qui erāt quasi patres principis: vt. j. quibus modis ius pa. po. solui. §. filius.

e ¶ Sed ꝛ plebiscita. Uidebantur minus valere q̄si loco sumpto ab auctoritate q2 maior est patriciorꝫ ꝛ senatorꝫ auctoritas. vt. C. de legi. hūanū. ꝛ. ff. ꝺ eden. l. si qs ex argentarijs. §. j. sed h sublatū est p legem latam ab ortenso rege. vt sequitur et ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde cū esset.

f ¶ Lege ortēsia Sic dicta ab ortēsio: q pacē cōposuit iter nobiles ꝛ plebeios: ꝛ inter eos sic statuit q valeret plebiscitū.

g ¶ Cōstituit. Nā poterat facere legē vt h ꝛ. ff. de le. ꝛ se. l. nō ābigit.

h ¶ Legis sāciēde cā. Nā idē ē si ex alia q2 diffi. erat tot hoīes ɔ̄uēir. ac.

i ¶ Consuli. i. interrogari. Nam antea ppl's interrogabat. vt. s. e. ti. §. plebiscitum: vt sicut ppl's interrogabat prius: sic postea senatores (q cētū erāt numero) iterrogabant a consule ✠ vt. C. de hered. l. fin. in prin. ꝛ. ff. de ori. iu. l. ij. §. deinde q2 difficile.

✠ Dicit tn̄ Ang. q̄ q̄uis loco senatorū hodie successerit cōsiliarij seu decuriones: nō tn̄ possent sine p̄ncipis reseruatis statuere reputata ad famaꝫ seu iurigeniꝫ aliquē restituere spurios legitimare aut veniā etatis concedere.

¶ Testamētū dicit testatio mētis ⁊ antiq̄tus erāt plura genera testamētorꝝ: vnū qđ in pace: aliud qđ in bello: aliud quod per es et libram: aliud de iure pretorio: q̄ recesserunt ab vsu

torum. ⁊ hoc tertiū genus appellabant per es ⁊ librā: ⁊ hoc tertiū genus appellabāt: quia per quādam imaginariā venditionē fiebat corā quinq; testib⁹ ciuibus romanis puberib⁹ libripēde presente: et eo qui familie emptor dicebat: ⁊ ita quodammodo sex testes de iure ciuili antiquo in factione testamēti requirebant. Sed certe prima duo genera testamentorꝝ: videlicet calathis comitiis: ⁊ procinctum ex veterib⁹ testamentis in dissuetudinem abierunt. Tertium vero genus. scilicet per es ⁊ libraz appellatur. licet diutius permanserit: tū ⁊ partiz i vsu eē d̄sinit. ⁊ hec tria gn̄a testamētorꝝ. videlicet calathis comitijs ⁊ procinctuz: ⁊ per es ⁊ libraz ad ius ciuile referunt. Postea vero de iure pretorio quedam alia forma faciendorum testamentorum inuenta est. Naz de iure nulla emācipatio vel imaginaria venditio requirebatur: sed sigilla septem testiū testamentis faciendis sufficiebant: quāuis iure ciuili antiquo sigilla testium non essent necessaria. Sed cū postea paulatim ⁊ successiue taz ex vsu hoīz q̄z ex emēdationibus ꝯstitutionuz ceperit ius ciuile ⁊ ius pretoriuz in vnā cōsonātiaz ⁊ vniformē obseruationē circa factionē testamētorꝝ ꝯfluere statutū fuit: vt vno ⁊ eodē tēpore signa septē testiū in testamētis adhibeātur quod ius ciuile antiquū quodammodo exigebat. ⁊ h̄mōi septē testes adhibiti in testamēto est subscribebāt: qđ ex cōstitutiōibus inuentū est: ⁊ ex edicto pre

toris signacl'a testiū testamētis apponeretur: vt hodie hmōi ius testamētoꝝ faciēdoꝝ ex triplici fōte videat esse deriuatū. Nā testes ꝛ eoꝝ signa vno ꝯtextu testamētis celebrādi gratia iure ciui. antiquo videntur descendere. Subscriptiones autē testatoris ꝛ testiuꝫ ex ꝯstitutionū obseruatiōe adhibentur. ꝛ sigilla ꝛ nūerus testiū ex edicto pretoris. Sed pone casum. Dñe iam video quid obtinebat de iure antiquo circa faciēda testamenta: ꝛ qualiter antiquitas corrigeretur p constitutiones principuꝫ. nunquid aliquid addidistis per ꝯstitutiones vr̄as? Respō. ꝙ sic. Nam oib⁹ predictis ꝓpter sinceritatē testamēti. vt omnis fraus excludatur ex nr̄a cōstitutione: hoc additum est vt nomē heredis per manum testatoris: vel si ipse nesciat. vl' non possit scribere p manum publicaꝫ exprimat. ꝛ oia scdm nostre cōstitutiōis tenorē procedāt. Sed pone casuꝫ. Dñe iam video ꝙ testes debēt signare testamētuꝫ. Nunquid necesse est ꝙ quilibꝫ eoꝝ proprio sigillo vtatur? Respon. ꝙ nō. Possunt enim oēs testes vno sigillo vel vno anulo signatorio signare testamētū. Quid enim si eēnt septē anuli eiusdē sculpture ꝛ eosdē habētes characteres nōne sufficiūt. Ergo eadē ratione sufficit: ꝛ si omnes eodē anulo vtātur. ꝛ ita Papi. visum est. Et non solum proprio: sꝫ etiam alieno signare possunt.

Angelus aretin°.

Testamētum[a] ex eo appellatū: ꝙ testatio mētis sit. ¶ Sed vt[b] nihil antiquitatis penitus ignoretur sciēdum est olim quidē duo genera testamentorum in vsu fuisse: quoruꝫ altero in pace et otio vtebātur: qd calathis[c] comitijs appellabant: altero cū in preliū exitu-

a ¶ Testamētuꝫ ex eo appellatur. Ponit ethimologiaꝫ: vt dicit lapis quasi ledēs pedē. ꝛ argumentū quasi argute inuentū. ꝛ sic mutuum qd ex meo tuū fit. vt. ff. si cer. pe. l. ij. §. appellata. ꝛ. l. in hoc codicillus potest dici testamentū. ✠ Diffinit autē sic. Testamētuꝫ est voluntatis nostre iusta sententia de eo quod qs post mortē suā fieri voluit. ff. eo. l. j. ꝛ est addēdum cum institutione heredis. vt. j. de lega. §. āte heredis. quia sine heredis institutione nullum dicitur testamentum. vt. ff. de iur. co. l. fi. ꝛ. j. de fidei cō. here. in princ. ¶ Additio. Sed hanc glo. communiter reprehendūt docto. qꝛ ponit defectum in iure cōsulto. vt dicta. l. fi. ꝛ exponunt iusta .i. perfecta. vt probatur in. l. cū filio §. fin. ff. de lega. iij. que perfectio est quadruplex. scilicet in materia: in forma: in solēnitate: ꝛ quo ad cōfirmationem dupliciter. vt hic. Ange.

b ¶ Sed vt. C. d̄ ca. tol. l. vnica. §. ꝛ cuꝫ triplici. Argu. contra. j. e. tit. §. in pro non scriptis. Accursius. ¶ Additio. Sed dic ꝙ licitū est scire: ꝛ allegare ius correctū ad declarationē iuris noui: nō ad decisionē. l. j. in principio. C. de lati. lib. tol.

c ¶ Calathis comitiis. i. bonis initiis: vel bonis conuentibus: calos enim bonum interp̄tatur. cōmitia sunt conuētus. Vel a calo qd est voco: qꝛ vocatio psōaꝝ fiebat. vnde kalende dicte sunt. Accursius.

Lapis vñ dī. Argumētuꝫ vñ dī. Mutuū.

✠ Tn̄ non ē testm̄. vt. l. fi. C. d̄ codicil. Ange.

Calos

Kalende.

Comitium. ¶ Additio. Dic quod comitium proprie est in quo coitur ad litium et suffragiorum causas.

a ¶ Exituri essent. de domibus.

b ¶ Procinctum. Eo forte quod succincte fiebat et in his duobus testamentis hoc erat. vt infra eodem. §. sed neque.

c ¶ Accessit. Similiter de iure ciuili.

d ¶ Per es et libram. Proprium nomen testamenti.

e ¶ Venditionem. Sic supra quibus modis ius patrie potestatis sol. §. preterea

Libri pensus. ¶ Libri pende. Id est estimatore qui libripende batur estimabat familiam vno nummo: deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.

g ¶ Ciuilibus romanis. Id est liberis hominibus. vt supra de liber. §. fi.

h ¶ Puberibus. Supra qui. mo. tu. fi. in principio.

i ¶ Familie. Id est hereditatis. vt ff. de verb. sig. pnuciatio. §. familie.

k ¶ Emptor. Qui erat loco heredis. vt infra. §. sed neque.

l ¶ Libram. Scilicet adequatam. id est estimatam rem. et dicitur libra hereditas: quia sicut libra diuiditur in duodecim vncias: ita et hereditas. vt infra de here. insti. tuen. §. hereditas. vnde dicitur adequata libra. id est hereditas estimata.

m ¶ Partim. Quia numerus testium remansit.

n ¶ Sed predicta. Alias prefata. Et ita allegatum quandoque inuenitur.

o ¶ Ad ius ciuile. Scilicet: quia ius ciuile inuenit:

p ¶ Postea. Scilicet de media iuris prudentia.

q ¶ Honorario. Id est pretorio. vt supra de iure natu. §. pretorium.

ri[a] essent: quod procinctum[b] dicebatur. ¶ Accessit[c] deinde tertium genus testamentorum quod dicebatur per es[d] et libram. scilicet quia per emancipationem. id est imaginariam quandam venditionem[e] agebatur quinque testibus: et libripende[f] ciuibus romanis[g] puberibus[h] presentibus: et eo qui familie[i] emptor[k] dicebatur. ¶ Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. ¶ Quod vero per es et libram[l] fiebat: licet diutius permansit: attamen partim[m] et hoc in vsu esse desijt. ¶ Sed predicta[n] quidem nomina testamentorum ad ius[o] ciuile referebantur. ¶ Postea[p] vero ex edicto pretoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. ¶ Iure enim honorario[q] nulla emancipatio desiderabatur: sed septem testium signa sufficiebant: cum iure ciuili signa testium non erant necessaria. ¶ Septem testes se subscribentes: totidemque signacula in testamentorum perfectione requirunt. In quibus nomen heredis a testatore aut a testibus scribendum est. ¶ Sed cum paula

a ❡ Sed cū. Quodāmodo. Cū ꝯpu tato librīpēde ⁊ emptore.vij: erāt.
b ❡ Et subscriptione. Ut subscribāt se testamēto affuisse: ⁊ cuius sit. vt.ff.eodez.l.penulti.⁊ antepenult.
c ❡ Cōsti tutioib⁹ vt.C.de testa.hac consultissima.
d ❡ Uno ꝯtextu.i. nl'lo actu iterposito: nisi necessario natur. vt ff.e.heredes.i fi.⁊.C.eod. cū antiqtas.Acc.
❡ Addi. Propter quē si aliq̄ rcedāt anteq̄ȝ loco ipsorū alii subrogētur: p̄t aliqd fieri si iminet periculū vite testatoris al's non.
e ❡ Testatoris. Si potest.vt C.eodez. iubem⁹.

g ❡ Tenorem. Est autem tenor si potest scribere faciat: al's dicet coraȝ testibus: ⁊ scribetur per aliquē: vel per aliquos de eis: al's non valeat immo falsi pena tabellio tenetur.vt.C. eod.iubemus.i fi. Accursi⁹ florentinus.

❡ Additio. Nō est verum quando solennitas nō fuit obseruata: nec scripta ī testamento: secus si fuit obseruata licet n̄ scripta.vt.l. librarius ff.ď re iudi. Angelus aretinus.

h ❡ Posfūt. Anulo.scilicȝ habente caracteres: qui signatori⁹ dicitur: ⁊ sic est i eo sigillum: non autē

Uno ꝯtextu: qn̄ dicat̄ gd fieri.

tim tā ex vsu hominū q̄ȝ ex ꝯstitutionū emēdationib⁹ cepit in vnā consonātiā iu; ciuile ⁊ p̄torīū iungi: ꝯstitutū est: vt vno eodē q̄ȝ tpe (qd ius ciuile quodammodo [a] exigebat) septē testib⁹ adhibitis et subscriptiōe [b] testiuī: qd ex cōstitutionib⁹ [c] iuētū est: ⁊ ex edicto p̄toris signacula testamētis imponerētur. ❡ Ut hoc ius tripartitū eē videat̄: vt testes qdē: ⁊ eorū p̄sentia vno contextu [d] testamēti celebrādi grā a iure ciuili descēdāt. ❡ Subscriptiones autez testatoris [e] ⁊ testiū [f] ex sacrarū constitutionuȝ obseruatione adhibeant̄. ❡ Signacula autē ⁊ testiū numer⁹ ex edicto p̄toris. ❡ Sȝ his oibus a nostra cōstitutiōe ꝑpter testiū sinceritatem vt nl'la fraus adhibeat̄ hoc additum est: vt p manus testatoris vel testium nomen heredis exprimat̄: ⁊ omnia secundum illius ꝯstitutionis tenorez [g] ꝑcedāt.

❡ Oēs testes p̄nt vnuo anulo ꝑprio vel alieno sigillare. hoc dicit Are.

❡ Possūt āt oēs testes ⁊ vno anl'o [h] signat̄ testamētū [i]

f ❡ Testamentum. Si non potest testator scribere. Sȝ hodie indistincte per alium scribere potest nomē heredis.vt in auctē.vt spōsa.largi. §.quia vero,colla.ix.

alio signo.vt.ff.eodem. ad testium §.signum.⁊ de verborum significatione.l.signatorius.

i ❡ Testamētum. Uel etiam linteū scilicȝ quo inuolutū est testamētum

vt.ff.eodem ad tstium.§.finali.

a ¶ Uisum est. Hac ratione ꝛ cum tribus:vel paucioribus: vel pluribus potest signari testamentuȝ.Argumen.j.man.§.is qui exequitur. Alij dicunt tantum cum septē:vel vno ōber signari.

¶ Testes autem.

Casus.

¶ Hic incipit secūda particula prime parti principalis ī qua primo ponit regulam generalem per quam determinat qui possunt esse testes in testamento. Secundo excipit a regula. Tertio subijcit plures casus speciales circa dubitationes incidentes in testibus adhibendis in testamento ꝛ ius antiquum:etiam circa hūc titulum corrigit. Pone igitur sic casum. Domine iaȝ video quot testes debeant adhiberi in testamento:dicatis modo mihi qui possunt esse testes in testamento? Ad hoc respō. Amice testes iure adhiberi solēt hi qui ex testamento capere possunt. Hoc tamen non est generaliter veruȝ:quia mulieres: neqȝ impubes: neqȝ mutus:neqȝ furiosus:neqȝ ille cui administratio bonorum interdicta est:neqȝ in famoso crimīe dānatus:vel muliebria in corpore suo passus:quem lex iubet improbum intestabilē qȝ esse in numero testiuȝ in testamentis condendis adhiberi possunt.

¶ Quid enim si septem anuli vna sculptura fuerint secūduȝ qꝺ papiniano visum[a] est? Sȝ ꝛ alieno quoqȝ anulo licet signare testamentum.

¶ In testamēto potest esse testis q̄libet qui potest heres institui excepꝰis hic enumeratis. Angelus are.

¶ Testes autem adhiberi possunt hi cum quibus testamēti[b] factio est. Sed neqȝ mulier[c] neqȝ impubes[d]: neqȝ servus: neqȝ[e] furiosus: neqȝ[f] mutus: neqȝ surdus:neqȝ is cui bo

b ¶ Testes. Testamenti factio. Passiue accipe hic vt bona sit exceptio:sed neqȝ mulier ꝛc.al's etiā accipitur actiue.vt infra ō here. qua. ꝛ diffe.§.testamenti.

c ¶ Neqȝ mlier. In alijs autem casibus oībus recipitur preterqȝ ī testamētis. vt.ff.eodem. qui testamento.§.mulier. Ratio est. vt C.ō fidei cōmis.l. finali. vt est timor falsitatis. Quid de hermofrodito? Respondeo: si preualet in masculino sexu recipitur.vt.ff.ō statu hominuȝ queritur ꝛ de testi.l.repetundarum.§.primo.

Mulier vbiqȝ testificari p̄t preter qȝ ī testamēto.

d ¶ Neqȝ impubes. Quid ō eo qꝺ vidit in pupillari etate? Respōdeo: al's.idest preterqȝ in testamēto posset testificari:sicut ꝛ seruus.vt.ff.de verborum significatione.l. notionē §.instrumentuȝ.ꝛ.C.de hereticis ꝛ manicheis.quoniaȝ.in fine. sed hic non:quia faciunt ad substantiaȝ testamenti.vt hic dicitur.

Hermofroditus an ī testā pos sit esse testis.

Testificamur ō his q̄ vidimus ī pueritia.

e ¶ Neqȝ furiosus. Nisi habeat dilucida interualla.ff.eodem. qui testamento.§.nec furiosus.

f ¶ Neqȝ mutꝰ. Qui nihil loq vel audire pōt.vt infra qui testamentū facere possunt.§. Item surdus.

¶ Additio. Etiam si talem morbū habeat a casu:ꝛ sit litteratꝰ: quāuis tunc possit testari secundum. Joannem fabri hic.

a ¶ Interdictum est. Uel a lege: vt quia commisit in legem iuliam maiestatis. vt C. ad. l. iuliam maie. l. fina. Uel a iudice. vt. ff. e. is cui. in fi. j. respon.

b ¶ Intestabilesqꝫ. Ut de crimine famoso dānatus vel mł'iebria passus. vt ff. e. is cui §. fina. & l. cum lege. & ff. d testibus ob carmen. in prīcipio.

¶ Sed cum aliquis. Casus.

nis iterdictuz[a] est neqꝫ hi quos leges iubēt improbos intestabilesqꝫ[b] eē possunt in numerum testium adhiberi.

¶ **Seruus cōmuni opinione reputatus liber: potest in testamēto eē testis. Aretinus.**

¶ Sed cū aliqs ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber estimabatur postea autem seruus apparuit: tā diuus adrian' catoni qꝫ postea diuus seuerus & antoninus rescripserūt: subuēire se ex sua liberalitate[c] testamēto. vt sic habeatur firmum: ac si vt oportebat factuz esset cum eo tempore q̄ testamētuz signareī[d] omniuz

¶ Adhuc i isto §. prosequiī scđam partem prin. in qua sic pone ca. Dñe quidam condidit testamentum. & in testamento septē adhibuit testes specialiter conuocatos & corā eis voluntatem vltimam declarauit. & nomen heredis expressit & testes scripserunt. & testamentum sigillauit quo facto decessit testator mortuo testatore quidam ex testib' apparuit seruus qui tamen tempore facti testamenti liber ab omnibus putabaī. modo q̄rit vtrum istud testamentum debeat infirmari: ac si iure solennitatis nō obseruato? Et respōdet q nō: imo testamētū tanqꝫ rite factum firmitatē obtinebit. Cum enim aliquis ex testibus tempore testamenti faciendi liber ab oībus estimatur. qꝫuis postea seru' apparuit tā diuus Adrianus qꝫ diuus seue. & anto. catoni super tali dubitatiōe querenti rescripserunt subueniendum esse testamēto ex huiusmodi libertate putatiua vt sic ratum & firmum habeaī: ac si oportune oia facta fuissent. & hoc tali rōne moti dixerūt: quia eo tpe quo testamentū testibus signabaī iste testis cōi consensu oim loco liberi hominis habebatur. nec erat aliquis q eo tempore status questionem ei moueret.

Opinio pferī veritati.

c ¶ Sed cum. Libertate. s. putatiua. & sic valet plus quod est i opinione qꝫ quod est in veritate sic. ff. de le. j. l. iiij. in pri. & §. q si qs. Arg. cōtra. j. de le. §. si quis rem suam.

¶ Additio. Dic q aut veritas patens est: & attēdit. aut occulta: & tūc non vel dic q aut attendendo opinionē fauor ampliatur. & attenditur vt hic & ibi. aut non. & tunc nō. Dic vt ibi. Joannes fabri.

d ¶ Signareī. Quidā hoc itelligūt generaliter verū vt siue ostēdatur testamentum in scriptis conditum: siue nuncupatiuuz debeat ei credi: siue defierit testes eē: siue non: & sic se habz ꝯsuetudo. vt argumētū. C. de edic. di. adri. tol. l. fi. & C. d dōatio. l. i donationib'. & arbitra. tute. l. fi.

cōsensuᵃ hic testis liberorūꝫ loco fuerat: neqꝫ quisq̃ esset qui ei questionē status mouisset.

¶ Potest in vno & eodem testamento esse testis pater cum filijs & fratribus dummodo sit alienum. secus autem si proprium vel domesticum. Aretinus.

¶ Pater nec nō is qui in ptāte ei⁹ ē: itēꝫ duo fratres qui i eiusdem patris potestate sūt vtriqꝫ testes in vno testamēto fieri possunt quia nihil nocet ex vna domo plures testes alienoᵇ negocio adhiberi. ¶ In testib⁹ autem non debet esse is qui in potestate testatoris ē.

¶ Sꝫ si filiusfamilias d castrensi peculio postᶜ missiōeꝫ faciat testamentū nec pater ei⁹ recte

Nos contra.s. in nūcupatiuo de iure & quod hic dicitur: in testamento condito in scriptis loquitur. in nuncupatiuo enim si proferatur nō debet ei credi sine testibus. cum in eis consistat tātuꝫ substātia testamenti: ipsum tamen valet licet pbatio dficiat(j) vt ff. d testamē. tu. l. duo. qd si seruus fact⁹ est vel infamis. & velit recognoscere sigillū suuꝫ? Respon. non admittitur. vt. ff. d carbo. edic. l. carbonianum. §. due autem sunt cause.

¶ Additio. (i) Nisi de eo sit facta publica scriptura: vel pars cōfiteatur testamentum sic fuisse factuꝫ aut testes deponant anteq̃ ipsorum defectus appareant: quia tunc scriptura probabit absqꝫ eo ꝙ testes producantur Ange.

a ¶ Omnium consensu. Nota errorem prodesse. vt. ff. de sup. le. l. iij. in fine. & C. de lat. li. tol. §. sed quia & ff. de offi. preto. barbarius.

Error cōis facit ius ¶ Additio. Et error communis facit ius. vt patet his versibus. Error communis efficit vt manifestat. Testificās seruus: qui liber creditur esse.

¶ Pater. Casus. ¶ Adhuc prosequitur iusti. materiam suaꝫ circa testes adhibēdos in testō. vnde sic po. ca. Quidā fecit testm̄ suū. & i testō adhibuit. vij. testes. inter q̃s fuit petrus & martinus fili⁹ petri: quē matrinus petr⁹ habuit i sua ptāte mō q̃ro vtrū pr̄ & fili⁹ exn̄s in ptāte ei⁹. scꝫ. petri pn̄t eē testes in eodē testō? Rn̄. ꝙ sic Nā pr̄ & ille q in eiusdem pr̄is ptāte ē in eodē testō testes adhiberi pn̄t Nihil enī nocet ex vna domo ples testes aliēo negocio adhiberi posse.

b ¶ Pater. Alieno. aliud si in suo. vt. j. proxi. §. & ff. de testi. testis.

c ¶ Post missionē. Id est remissionē. aliud si an̄. vt. ff. eo. qui testamento. §. per contrarium.

¶ Additio. Et est rō ꝓm glo. ibi qꝛ tunc testes nec rogati: neqꝫ ad solēnizādum actū exiguntur: q̃uis duo requirātur ad pbādū ṽitatē. Ang.

¶ In testib⁹. Casus ¶ Adhuc. in ꝓn. pn̄tis. §. ꝓseqꝛ iusti. scd̄am pteꝫ ꝓn. in q̃ sic po. ca. Quidā ꝯdidit testm̄ & i test. suo filiū quē habuit i ptā tē testē adhibuit mō q̃ro vtrū de iure hoc potuit facere? Rn̄. ꝙ nō. Nā testis non dꝫ esse ille q in ptāte testa

toris est. Et non solum repellit ille a testimonio qui est i ptāte testatori sed etiam qui habet in potestate testatorem. vnde si filiusfa. miles post reuersionem de castrensi peculio testet: pr̄ eius ex suo testāmento testis adhiberi non pōt: nec ēt aliqs q est i ptāte eiusdē pr̄is: nō solum em̄ i alijs causis sʒ ēt i testamētis domesticuʒ testimonium reprobatū ē: ꝛ non solūmō supradicte psone repellunt a testamētarijs testimonijs: sed ēt heres scriptus. ꝛ pr̄ ei9 q in ptāte hʒ: ꝛ etiā parentes heredis scripti ꝛ qui in eiusdē pr̄is ptāte sunt. ꝛ etiā qui in ptāte testatoris sunt penitus a testamentarijs testimonijs repelluntur ꝛ ea rōne: quia totū nego. qd agit iure faciendi test. creditur hodie inter heredem ꝛ testatorē agi. lʒ olim totū ius testamēti faciēdi circa testes adhibendos conturbatum fuerit. naʒ qdā veteres in illo testō qd dicebatur per es ꝛ libram familie emptorē qui loco heredis erat coniunctus eis per ptātem a testimonijs testamentarijs repellebant. In primis aūt duabus constitutionib9 testamentorū heredum ꝯiūctis per ptātem cōcedebāt testimonia in testamētis p̄stare. lʒ illi ijdē q hr̄dē p mittebant hoc iure minime vti ōbere euʒ psuadebāt vn̄ nos eādē obseruationē antiquoꝝ corrigētes ꝛ qd ab ipsis antiqs psuasuʒ est. vʒ qꝫ heres vel coniuncti ei p ptātē inter testes admittant. ꝛ lʒ hoc eis pmissuʒ fuerat: tn̄ i legis necessitateʒ trāsferētes ad imitatiōeʒ familie ēptoris q initio gn̄e testōꝝ vt dictū ē a testimonio repellebat. merito herdē ꝛ cōiūctos p ptā tē ab huiusmodi testimonio repellim9: nec ei licētia qdammō dam9 sibi testimōia p̄stare. vnde hmōi veterem cōstitutionē in qua hoc permissum fuerat nostro codici inseri permisimus.

adhibet testʒ: nec is q̄ i ptāte eiusdē patris est: reprobatum est enim in ea [a] re domesticuʒ testimonium.

In testō nō potest esse testis heres scriptus in eo: nec pater nec fili9 in potestate nec frater in eiusdem patris potestate.

Aretinus.

Sed neqꝫ heres scriptus neqꝫ is [b] q in potestate eius ē: neqꝫ pater eius qui in ptāte cuʒ habet: neqꝫ fratres qui in eiusdē pr̄is potestate sūt testes adhiberi [c] possunt: quia hoc totum negocium quod agitur testa

a In ea re. idem ꝛ in alijs. vt. C. de testi. l. ij. (j) Sed quis est domestic9? R̄n̄. colon9: ꝛ ascriptici9 vl' simi les. vt. C. de his q̄ ad ec. cōfu. l. fi. §. sane em̄ si seru9. ꝛ. C. de q̄sti. l. pridē. Itē vxor marito: ꝛ ē. vt. s. de vsu ꝛ ha. §. itē is. Iteʒ bnētes siue dapiferi. vt. ff. de pe. l. respiciēdū. §. furta. Domestic9 qs dicat.

Additio. (1) Tu dic qꝫ filius qn̄ nihil ibi querit pōt pro patre testificari bm Joan. fabri. idem econtra in eo negocio ex quo nec patri nec filio resultat commodum vel interesse. ꝛ quid de matre ꝛ fratribus vide per Ange. hic.

b Sed neqꝫ. Neqꝫ is. nota qꝫ his tribus modis dicitur quis contingere me per potestatem.

c Adhiberi. Quia eorum nego

mēti ordinādi gratia credit hodie inter testatorē & heredē agi.[a] ¶ Licet enī totū ius tale cōturbatum[b] fuerat: & veteres quidē familie[c] emptorē & eos qui p ptātē ei adunati fuerāt: a testamētarijs testimonijs repellebāt: hrdi[d] & his q per potestatē ei cōiuncti fuerāt pcedebāt testimōia i testamētis prestare lȝ hi q id permittebāt hoc iure minime abuti[e] debere eos suadebāt: tñ nos eādē obseruationem corrigētes: & qd ab illȝ suasum ē: in legis necessitatē trāsferētes: ad imitatiōē pstini familie emptoris merito nec heredi q imaginē vetustissimi familie ēptorȝ obtinet neq alijs psonis q ei (vt dictū est) cōiuncte sunt licētiā pcedimus sibi quodāmodo testiōnia pstare. Ideoq nec eiusmodi veteres pstitutiōes nro codici inseri pmisimus.

¶ Legatarius & fideicōmissarius singularis pōt eē testis in testamēto i quo est ei legatū. Aretinus.

¶ Legatarijs[f] autē & fideicommissarijs (quia non iu-

cium est: cum & lucrū & dānū ad eos pueniat. ff. qñ app. sit. l.i. §. in propria. (i) Et vere eorum quia &c.

¶ Additio. (i) Et est alia rō. s. affectio quam habent adinuicē ex qua procedit iste text9 etiam hodie in casibus i q b9 pñi nihil queritur. Ido nachi tñ in monasterio pñt eē testes. c. insuper ex. de testib. Idē i hoibus vniuersitatis p ipsa vniuersitate vel castro in negocijs ex quib9 non resultat cōmodū in particulari s3 in comuni tantū. Ange.

a ¶ Agi. Caute ponit agicū sit generalissimum vt. ff. de ver. bo. sig. l. labeo. ij. in princi. & l. verba. habet enim se ad ius testandi. & contractus.

b ¶ Conturbatum. Nam olim heres duob9 pmis generib9 testamētorū poterat eē testis. in tertio vo ille qui erat loco heredis non poterat esse testis: & sic erat turbatio iuriū & ad eius similitudinē verus heres hodie testis non erit: vt sequitur.

c ¶ Familie emptore. Dicit ille q constituebatur heres p es & libram.

d ¶ Heredi qui erat ex pmis duob9 generibus testamentorū.

e ¶ Abuti. sic. C. de ca. tol. l. i. §. i. & ff. si fa. fur. fe. di. l. fina. & . s. q. ex causis ma. non lic. §. i. Acc.

f ¶ Legatarijs. Discrepāt hi iure veteri a fideicōmissarijs vt. j. de fideicō. here. §. preterea. Sȝ hodie nō vt. j. de le. §. sed nō vsq3 quidā. §. hunc intelligunt qñ legatum fuit repetitum a succedentibus ab intestato: vt tunc nō videatur ferre testimoniū in testamēto iuris quia iuris successor est qui i quinta parte heres institutus est.

¶ Legatarijs.

¶ Legatarijs. Casus. ¶ Adhuc p sequitur secundam partem impe. prime partis principalis in hoc. §. pone igitur sic casum. Quidaz fecit testamentum ꝛ in testamento legauit petro verumtñ petruz legatariuz i testamẽto testem adhibuit modo q̃ro vtrum ille petrꝰ legatariꝰ possit esse testis in illo testamento in quo sibi legatum relictuz est? Et respon. q̃ sic. Licet enim heredes qui sunt nostri successores a testimonio repellantur. legatarius tamen ꝛ fideicommissarius qui nõ nostri sed rei singularis successores sunt et alijs personis coniunctis testimonium prestare in testamentis non negamus. immo etiam quadaz constitutione nostra ei specialiter concessimus. ꝛ certe multo fortius ijs qui in potestate legatariorũ vel fideicommissariorum sunt vel qui eos in potestate habent huiusmodi licentiam donauimus.

rū[a] successores sũt) ꝛ alijs psonis eis cõiunctis testimonium non denegamus: immo in quadam nostra constitutione[b] ꝛ hoc specialiter eis concessimꝰ. Et multo magis his qui in eoꝝ potestate sunt: vel qui eos habent in ptate[c] huiusmodi licẽtiã damus[d].

¶ Testamentuz potest in qualibet materia scribi. Areti.

a ¶ Non iuris. sed rei ꝛ fine onere. vt. ff. manda. si hereditatẽ.

¶ Additio. Et per hoc patet secus esse in fideicõmissario vniuersali qꝛ habetur loco heredis. § . restituta. j. de fideicom. here. Joannes fabri.

b ¶ Constitutione greca. vel dic de illa que est. ff. eodem qui testamento in principio. que est iustiniani p approbationem. vt. C. de vete. iure enucle. l. j. §. merito. prima verior.

c ¶ In potestate. Item tabellioni. vt. ff. eodem domicius.

d ¶ Damus. C. de testi. omnibus. contra. Solutio hic agitur de viribus testamenti inter heredem ꝛ alium agentem contra testamentum: alias coniunctus coniuncto non feret testioniuz: id ẽ vnꝰ legatariꝰ alij. Et secundum hoc falso hic sumit argumẽtũ. quod socius i causa socij admittit i testimoniũ Uel dic hoc spãle: vt cõiunctus p ꝯiũcto admittat quasi in re sua fauore testamenti ꝛ vltime voluntatis que debet dominari si legitima est. vt. C. de le. cuz questio. in fine. ꝛ erit bonum argumentum. s̃. dictum. Sed argumentum contra est. C. de testi. quoniam. in fine? Sed respondeo finis illius legis non refertur ad totum quod erat dictum. Distingue tamen an lucrum redeat ad eũ socium vt tunc non admittatur alias sic. vt quando apel. sit. l. prima. ff. in propria.

¶ Nihil. Casus. ¶ Domine iam nobis dixistis plures solennitates que in testamento condendo debẽt obseruari. sed pro deo dicatis in quo testamentum debet scribi? Respon. Amice non differt vtrũ testamentum fiat in tabulis vel in chartis membranis vel in alia materia: ꝛ etiam vnum testamentum potest in pluribus codicibus scribi: ꝛ valet causa necessitatis. veluti si quis extra patriã secuz ferre velit aut domi relinq̃re s[u]orum iudicioꝝ contestationem id est testamẽtum vel pro

pter alias in numerabiles causas que nobis imminent.
a ❡ Nihil. In chartis sic. s. de re. diuisione. §. littere. Accursius florentinus.

stamento in scriptis condito nunquid tota predicta solen. in testamēto nuncupatiuo obseruari debet ? Et rñ. q non. naz hec q. s. dicta. sūt de testamentis in scripto conficiendis sufficiunt. Si qs enim voluerit facere testim de iure ciuili sine scriptis hoc ei facere licebit si vij. testes ad hoc cōuocauerit ⁊ volūtatē suaz eis expsserit. ⁊ hoc testim de iure ciuili factum constituimus fortissimuz ⁊ firmuz. ⁊ hec dnr. in scda parte pn. vsq in fi. titu. Nota q nihil nocet ex vna domo ⁊c. Nota q

❡ Additio. Et dici chartis etiam rasis: sec9 tamen in alijs instrumentis.
b ❡ Sz Et vnum sic. ff. eo. l. vnum.
c ❡ Qd scz vt pluribus fiat codicib9.
d ❡ Imminent. Sic in auctētica. de consang. ⁊ vte. fra. §. sic igit col. vj. Sz nunquid exhibis exemplis probat ? Respon. non sine auctentico. vt in auct. vt spō. lar. §. ⁊ hoc insup. collatione. ix. ⁊. ff. de fide instrumē. l. qcūq ⁊. ff. de bonorum possessione. sm tabu. l. ij. §. sed ⁊ si vnū. sz hic ambo sunt principalia. Accursius.

❡ Nihil autem interest testamentum in tabulis aut in chartis [a] membranisve vel in alia materia fiat.

❡ **Potest testamentum pluribus codicibus scribi quod quandoque necessarium est. Angelus aretinus.**

❡ Sz ⁊ vnuz [b] testamentū plurib9 codicib9 ɔficere qs pōt: secundū obtinētem tamē obseruationē omnibus factis: qd [c] interdum etiaz necessariū est veluti si qs nauigatur9 ⁊ secū ferre ⁊ domi relinquere iudiciorum suorum contestationē velit: vl propter alias innumerabiles causas q̄ humanis necessitatib9 iminent [d].

❡ **Testamentuz fit etiam sine scriptis declarata voluntate testantis coram septez testib9 rogatz. Aretin9.**

❡ Sed hec quidem de testamentis que in scriptis conficiuntur sufficiant. Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare testamentum iure ciuili septem testibus [e] adhibi-

❡ Sed hec quidē. Casus. ❡ Hic incipit secunda pars principalis in qua sic. po. casum. Domine iam video que sit obseruāda solēnitas in te-

domesticum testimonium reprobat. No. q nēo pōt esse testis in re sua.
e ❡ Sed hec. Septē testib9. qñqz nullus vocat vt si miles moriat in bello: vt no. C. de milita. testa. l. milites qñqz vnus vt iperator. vt. C. eodē. omniuz qñqz duo (j) vt inter filios vt. C. eo. hac cōsultissima. §. ex iperfecto. Uel si in tētorio faciat testim mi

Testiū nūer9 q in testamētis est adhibēd9.

les. vt. ff. de milita. testamen. lucius quandoq3 tres vel quatuor vel pauciores. vt. C. eodem. si non speciali. quando quinq3. vt in testamento rustici. vt. C. eodem. l. finali. §. si autem quandoq3 septem vt generalis vt hic. et. C. eodē. hac cōsultissima. quādoq3 octo. vt C. qui testamentū facere pos. sunt hac consultissima.

tis [a] et sua voluntate coram [b] eis nuncupata [c]: sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili firmum q3 cōstitutum.

De militari testamento.

Miles in expeditione potest facere testamentum iure militari quo modo vult: hoc dicit Angelus aretinus.

Additio. (1) Etiam si sint mulieres et qui alias non essent idonei: vt ibi notatur. per Angelum.

Teste s debēt rogari — a Adhibitis. id est rogatis vt intersint. et sint attenti. vt. ff. eodem. heredes. §. penultimo. et in auctentica. de testi. §. et licet in fine. §. collati. vij. Accursius.

Additio. Et sic debet articulari et probari.

b Coram. scilicet palam nominādo heredes. vt. ff. e. l. heredes.

Continuatō — c Nuncupata. inde dicitur nuncupatiuum testamentum.

De militari testamento. Uisum est. s. de testamentis in genere: nunc sequit̄ videre de testamētis in specie. Uel aliter. Uisum est. s. de testamētis que fiūt secūdū cōmunis iuris dispositionem: nunc sequitur videre de illis que fiūt iure priuilegiato vt est testamētū militare. ideo. et c.

Miles cognoscitur p sex signa. — Aduertēdum est quod in milite sex sunt necessaria ad hoc quod habeat priuilegia militibus concessa. Primo. q ense cingat̄. ff. de testa. mi. l. pe. Scdo q numero alior ponat̄: et i matriculā scribat̄. ff. d testa. mi. l. ex eo tpe. Tertio q pstet sacramētū q mortē non euitabit p republica: neq3 a signis recedet. ff. ex qui. cau. ma. l. pe. et de his qui no. infa. l. ij. § miles. Quarto q stigma. i. nota publica brachijs sui scribatur C. d fabri l. tertia. lib. xi. Quito q examinetur. C. q milita. n pol. l. j. li. xij. Sexto q non sit negotiator. C. neg. ne. mi. l. j. li. xij

Additio. Unde versus. Ensis matricula: nec non iuratio: stigma. Ac examē: erūt istec. i milite signa. Uilia nec d3 tractare negotia miles. — Vers9
vnde dicit hic. Accur. Est aūt miles qui iurauit a signis non recedere. vt ff. ex quib9 cau. maio. l. pe. et script9 est in matricala vbi et alij milites scripti sunt. vt. ff. e. l. pe. et p totū ti. Sunt et alia necessaria. vt aliquis sit miles. vt diximus. ff. ex qb9 cau. maior. l. pe. et in auc. d mā. pri. §. fi. col. iij. Itē miles dr̄ a malo qd sustinēt palijs: vel a mille: qr ex nūero mille hoim eligitur. vt. ff. e. l. j. §. miles.

Supradicta Tot9 iste titulus diui. pn. i duas ptes. Primo ponit d militib9 testātib9 i tētorio eor: vel in peculio castrēsi. Scdo de testō i q̄si castrēsi. Scda ibi. Sciēdū. Itē prima subdiuidit̄. Nā pmo ponit cōtinuationē p modū remotiōis siue exceptionis cum positione noui statuti. Secundo qualiter priuilegium concessum militibus q possunt testari qmō volūt intelligat̄. Tertio q ēt miles mutus et gnal̄r defectiu9 pt — Miles vn dicit̄. — Diuisio.

testari. Quarto qualiter post missio nem testatur. Quinto quod mutatio status ipsius militis dummodo interueniat noua voluntas non viciat testamentum factum. Secunda ibi pla ne. Tertia ibi. q nimmo. Quarta ibi. s3 hactenus. Quinta ibi. sed & si qs. Aretinus.

C Supradicta Casus.

C His vero prelibatis venio ad casus positionem & e casus talis. Acces si ad iustinianum & ita propo sui coram eo. Dñe iam video q vultis tractare de mili. testame. p deo dicatis que ratio mouet vos ad tractādū separatim de militari testō: nūquid illa que sunt a vobis tradita in oī testō possunt sufficere? Ad hoc respōdet amice quoniam supradicta diligēs obseruatio quā de ordinādis priuatorum testamētis supra exposuim⁹ auctoritate principalium cōstitutionum militibus ppter eorum imperitiam remissa est. ideo hic specialiter de priuilegiatis militū testamētis tractare itēdim⁹. Quāuis em̄ milites neq3 legitimū nūex testiū i suis testamētis adhibuerit: neq3 aliā testamentoꝝ solēnitatē obseruauerit: nihilominus recte testant. & hoc verū est quādo i expeditione militari occupati sunt. nā vt ita demū gaudeāt priuilegio militari cū in expeditiōe armorum fuerit occupati non immerito nostra introducta ē cōstitutio. Quocunq em̄ modo voluntas suprema militis i expeditiōe occupati siue in scriptis siue sine scriptis inueniat valet ei⁹ testim ex volūtate ei⁹. Sec⁹ tñ ē qn̄ n̄ est i necessitate militaris expeditionis. In illis enim tpib⁹ qb⁹ milites i alienis vel suis edib⁹ dgūt ad vēdicādū sibi tale pulegiū neq3 poterūt adiuuari.

Supradicta diligens obseruatio [a] in ordinandis testamentis militib⁹ propter nimiam imperitiam [b] eoꝝ cō stitutionib⁹ pricipalibus remissa ē.

C Nam q̄uis neq3 hi legitimum numerum testiū adhibuerit: neq3 aliam testamētorum solennitatem [c] obseruauerint: recte nihilominus testā tur videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: qd merito nostra cōstitutio itroduxit [d].

C Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur siue scripta siue sine scriptura valet testamentum ex volūtate eius.

C Miles testando extra expeditionē dz testari fm ius cōe. Et lz filius familias sit testari tñ pt. Aretinus.

a C Obseruatio que cōsistit i quatuor vbi est in scriptis testamētū cōditū vel in sola nūcupatiōe heredis coram septē testibus, vt. s. ti. j. §. s3 cum paulatim. &. §. fina. ff. de here. di. insti. l. j. §. qui neq3.

b C Imperitiam. C. de iure deli. l. fi. in prin. & de iur. & fac. igno. l. j.

c C Solennitatē. scilicet circa sigilla & scriptiones.

d C Introduxit. sed tūc demū cū in militia sunt habent priuilegium. vt

sz C.eodem.l.penulti.z hic subijcit.
a Illis. autem.pro sed.
b Adiuuātur. Et nota q cessante causa cessat z effectus. z potest hic sumi argu. q cessante clerico ab ecclesia: cessat pbēda. sic C.d epis. z cleri.l. gnalr. ij. Sz arg. cōtra .ff. de postu. l.pria.§. sexum. quia calphurnia ōdit causam edicto: vnde cessante causa cessare debet edictum: quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit. Primū de finali sine qua res esse non potest.

contumaciter: vt q2 citatus a supiore minime infra tēpus cōueniēs vēiat: secūdū docto. hic.

vt detur querela contra eius testamētum: sicut in alio veterano q sui iuris est. vt.C. de inoffic. testamen. l.fi.§.in his.z.ff.de inoffic.testa.l. Papinianus.§.siquis in militia. Item hoc est verū quando est domi reuersus sicut supra pro.xi.dixit. als sicut miles alius vtitur spāli iur: sic z iste ar.ff.eo. ex militari.§.j.z.l.testamēta eoz.§.finali.

Illis autem [a] temporibus pque citra expeditionū necessitatē in alijs locis: vel suis edibus degunt: minime ad vendicandum tale priuilegium adiuuātur.[b] Sed testari quidem et si [c] filijfamilias sint propter militiam concedūtur: iure [d] tamen communi eadē obseruatione: et in eorum testamentis adhibēda: quā in testamentis paganorū [e] proxime

Additio. In dubio autē presumitur esse impulsiua. vt per glo.singu. in.l.ij.§.fi.ff.de donatio. Ange.

Sed testari Casus. Sed pōe in secūda. Dicit Iusti. q q̄zq̄ priuilegiū militibus ɔcessuz circa solen. testamenti post missionē ab expeditiōe militari finiat: aliud tamē priuilegiū concedit eis circa substantiam testamēti dūtaxat. naz testari possunt milites extra castra militaris expeditiōis existētes quāuis filijfa.sint iure tamen ɔmuni: in hoc casu quādo morant extra castra eadez obseruatio in eorum testamētis adhibēda est: quam scilicet in testamento paganorum exposuimus.

c Et si filijsfamilias. Licet hi als prohibeātur. vt.j.titul.j. in princi. z.ff.de do.causa mortis.l.tā is.§.j.

d Iure tamen cōi. Scilicet quātum ad solēnitatem: nō quo ad hoc

Additio. Hodie tamen secundū communez opinio. in filiofa.milite per preteritionem factaz sine causa annullat eius testamentum quātuz ad institutionem.auctē.ex causa.C. de lib.pre. Si vero cū causa habet pro exheredato: z subiacet querele. vt per Angelum hic.

e Paganoruz. A pago qd est villa dicitur: quasi dicat non militum.

Additio. Et a pigi verbo greco: qui fons est deducit. eo q iuxta fontem villa semper fieri consueuerat. hinc paganus potest dici villanus. hoc est in villa natus.

Plane. Casus. Hic icipit tertia pars in qua sic pone casuz. Domine iāvideo q testm̄ de militibus mirabiliter est puilegiatū. licet em̄ iuris solēnitatem nō seruauerit miles: tamen testm̄ eius in castris conditū valet. Pone igit q aliquis dicat aliquē militez in expeditiōe militari occupatū ipsuz in suo testō heredē instituisse. Hoc tn̄ neqz per ministrū: neqz per testes ad hoc cōuo-

catos probare poterat: nunqd credetur eius assertioni: ita vt ad hereditatem militis valeat admitti? Et respó. q non. De militaribus enim testamentis diuus traianus statilio seuero in i ɔsili ca. su qrenti scripsit sic. O statili seuer illō priuilegiu3 qō de militarib9 testamētis datu3 est: videlicet testamenta quocunq3 modo facta rata sint: sic debet intelligi. vt omnino pri9 eos cōstet testamētu3 fecisse: qō etia3 sine scriptura nō solū a militaribus: s3 et a non militaribus fieri pōt. Unde si is miles de cui9 bōis qstio apud te vētilatur: ad hoc conuocauit saltem duos hoies. vt cā testādi coram eis volūtate3 suā exprimeret. ɀ ita corā eis locutus est. vt declaretin pñtia eoꝝ quē vellet sibi heredē esse: ɀ cui vellet libertatē tribuere. Potest videri etia3 sine scripto hoc modo recte fecisse testm̄ ɀ voluntas eius suprema oibus modis ratā hīnda est. Ceteꝝ si causa ludēdi vel demōstrandi alicui iocose dixerit. Ego te heredē facio vel bōa mea tibi relinquo sicuti pleruq3 in sermonibus iocosis fieri solet: nō op3 hoc pro testō obseruari: nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec eni3 vlloꝝ magis interest q3 ipoꝝ militū qbus huiusmodi priuilegiū datu3 est exēplū p testimoniis non admitti: alioqn si tale testamētū admitteret: non difficulter p9 mortē alicuius militis existerent testes q dicerent se audiuisse mili. reliquere bōa alicu. put ei videt expedire: ɀ ita vera militū indicia frequenter subuerterentur.

expósuimus.

Licet remittatur solēnitas i re agenda: nō tamē remittitur cōgrua pbatio rei geste. Et licet lex priuilegiet aliqō factū: intelligitur tamē in quātu3 de facto legitime appareat ɀ cōstet. Aretinus.

Plane de testamētis militū diuus traian9 statilio seuero ita rscripsit a. Id priuilegiū: qō militātibus datu3 est: vt quoquo mō facta ab his: testamēta rata sint: sic intelligi debet: vt vtiq3 prius constare debeat testamentū factu3 esse: qō ɀ sine scriptura a nō militantibus quoq3 fieri potest. Is ergo miles de cui9 bōis apud te qritur: si cōuocatis ad hoc hominib9 b vt voluntatē sua3 testaret. ita locut9 est: vt dclaret quē vellet sibi herede3 esse: ɀ cui libertatē tribuere potest videri sine scripto h modo esse testat9: ɀ volūtas eius rata habenda est.

a Plane. Rescripsit. vt. ff. e. diu9.

Additio. Et iste. §. est ibi lex sub eadem verborum forma. ɀ incipit: Diuus Traianus.

b Hoibus. saltē duobus. vt. ff. e. lucius. ɀ. ff. de testi. l. vbi. ɀ hoc ē qn in tentorio. si autem in ɔflictu belli nullo etia3 teste vocato. vt. C. eo. milites. (i) si aute3 est domi: iure com-

muni, vt supra eodem. §. illis.
¶ Additio (i) Debz tñ aliquo modo de volũtate ɔstare: vel per duos testes: vel per ɔparationẽ litterarũ: vel alio: ⁊ facit vt remissa penitus oĩ solẽnitate nõ ð natura li: s[cilicet] ciuili tm̃ itelligit. An.

a ¶ Sermõibus. Forte cã ðmõstrãdi. vt magister discipulo: vl' ludi causa. vt. ff. ð ac. ⁊ obl. l. obligationũ substãtia. §. fi. vl' affectiõis. vt ff. ð iure codi. lr̃e.

¶ Ceterum si (vt plerũq3 sermõib⁹[a] fieri solet) dixit alicui: ego te heredẽ facio: vel bõa mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento seruari. ¶ Nec[b] vllorum magis interest q̃ ipsoruz quibus id priuilegium datũ est huiusmodi exẽplum non admitti: alioquin nõ difficulter post mortem alicuius militis testes existerẽt qui affirmarent se audisse dicentẽ aliquem se relinquere bona cuiuisum sit: et per hoc iudicia vera subuerterentur.

¶ Miles licet sit mut⁹ vl' surdus testatur. Aretinus.

¶ Quinimo[c] et mut⁹[d] ⁊ surd⁹ miles testamentũ facere potest.

se testari per signa sua: que per notos poterunt interpretari.
¶ Sed hactenus. Casus. ¶ Hic icipit qnta pars in qua similiter determinat inquãtũ durat p̄uilegiũ ɔcessuz militibus: tam circa solẽnitatẽ q̃ circa substãtiã testamenti. vnõ dixi ei Dñe dicat' ergo mihi q̃ diu durat p̄uilegiũ militare: circa solẽni testa. ɔ. Ad h' respõ. Amice hoc p̄uilegium circa solẽni. testm̃. tãdiu ex p̄ncipalib⁹ ɔstitutionib⁹ militibus idulget: q̃diu militant: ⁊ in castris degũt. Post missionẽ vo a castris siue veterani: siue adhuc militãtes extra castrũ fecerit testm̃ id ɔmuni iure oim ciui. roma. facere debet. Uerũtamẽ illud testm̃ quod in castris factum est infra annũ tm̃ valet. Pone igitur q aliquis miles in castris fecerit testm̃ iure militari. ⁊ heredem sub cõditiõe instituit ⁊ postea iste miles iã decessit. si ɔditio sub q̃ erat heres institut⁹: diu post annũ: vel forte post biẽniũ extiterit: nũqd valebit illd testm̃ militis? Et rñ. q sic. nã placet hoc testm̃ quasi milit' valere. Conditio eni retrotrahit: ⁊ perinde habet: ac si heres pure institut⁹ stati post mortẽ milit' adijsset.

b ¶ Nec vllo℞. Sic. j. ad. l. falc. circa pri. sic. C. de rescin. ven. l. ratas.

¶ Quinimo. Casus. ¶ Hic icipit quarta pars in qua reuertitur ad secundũ casum determinãdo plenius de priui. mili. q circa substãtiam testamẽti concedit militibus. videlicet vt quãuis sint filijfa. testari possint: sic ⁊ hic. vt miles surdus ⁊ mutus testamentum facere possit.

c ¶ Quinimo. Habz priuilegiũ circa solẽnitatem quinimo ⁊ circa substãtiam testamẽti: vt qui al's testari nõ posset: hic tñ possit. vt. ff. e. l. iiij.

d ¶ Mutus. siue natura siue casu. vt sit priuilegiũ aliquod. vt. C. q te. fa. poss. l. discretis. ⁊ hoc iure militari. vt. ff. eod. iure militari. Accur. Dũmodo appareat ipsum sic voluis

a ¶ Sed hactenus. Quidam dicunt hic nō esse. §. et asserūt q omne priuilegium quod habet miles perdit cū redit de militia. Sed nos dicimus §. hic esse. et distinguimus inter priuilegium quod habet vt testetur q als testari non potest: vt filiusfamilias: et mutus: vt illud duret post missionem. vt s. pri. §. et §. sed testari. et ff eo. titu. in princi. Alia vero priuilegia que habent in testando finiantur. vt h et s. eodē §. illis autem. testari. ff. de ve. et mi. suc. l. j. in fin. studio Si aūt militari. vt q alienauit ar- p quima vel similia: que numerantur. ff. quēni de re mi. l. ij. et iij. et idem etiā ō fide uz per rupta: non pōt testari. vt. ff. eo. l. ex dit priuilegium. militari. uile als poterit in castrēnbus tantum: si ei hic in sententia permissū fuerit al's nō. vt. ff. de iniusto ru. testa. sigs exhēdato. §. sed et si qs capite. et cōleg. iij. l. sigs. in pri. §. miles.

¶ Miles post missionē vel extra castra exitū ōbet iure cōmuni facere testamētum. Sed si fecerit testamentum in castris iure militari: durat et post missionē si moriatur infra annū: licet post extiterit cōditio institutionis. Angelus aretin⁹.

¶ Sed hacten⁹ a: hoc illis b a principalib⁹ cōstitutionibus cōceditur quatenus militant et in castris degunt. ¶ Post missionē c vero veterani vel extra castra si faciāt adhuc militātes testamētū communi oīm ciuium romanorū iure id facere debent.

¶ Et qd i castris fecerint testm̄ non communi iure: sed quomō voluerint post missionē intra annū tm̄ valebit.

¶ Quid ergo si intra ānū qs decesserit: cōditio autē heredi ascripta post annū extiterit: an quasi militis testamentum valeat: et placet valere d quasi militis.

¶ Addi. Ergo a cōtrario sēsu i pagano erit secus: imo testamentum antea factum ab eo postea ex capitali sententia moriēte nō valet: nisi pendente appellatiōe vel supplicatione pro gratia consequenda moreretur. de hoc vide Ange.

b ¶ Illis Scilicet militib⁹. vt reliqua priuilegia. scilicet de numero testium habeant in testando: et sic non refertur ad proximum. §.

c ¶ Post missionē. Honestā. scilicet finito tēpore militie: vel causariam. si ante tēpus ex necessitate recessit. ✠ si autē ignominiosa est missio: desinit statim valere. vt. ff. eo. testamētum eorum. et. C. eo. l. ex testamēto. Sed si miles de capitali crimine damnatus fuerit: siquidē de cōi: vt homicidio: et simili non poterit ammodo

✠ Et dicit An. de scholaris ab scēs a

d ¶ Ualere. Quia cōditio retrotrahitur. vt. ff. de peri. et com. rei ven. l. necessario. §. i. et qui po. in pig. ha. l. vlti. et facit. ff. eodem. quod dicit. et l. quod constitutum.

¶ Sed si quis ante militiā. Casus.

¶ Adhuc prosequitur Iusti. quintam partē determinādo de priuil. mili.

circa solen. testa. vnde pone sic casum. Accessi ad Justini. et ita propo sui corã eo. Dñe qdã ante militiam fecit testamentũ. iuris solẽnitate nõ adhibita: qr forte nõ adhibuit: nisi tres testes: ita q testm̃ nõ valuit p ðfectu solẽnitatis: postea idẽ miles fact9: et in expeditõe militari occupat9: illud testa. resignauit. id est aperuit: qdã adiecit siue ðtraxit: vl alio modo manifestauit se velle valere hoc testamentuz iure militari: modo quero vtrum hoc testamentũ quod ab initio nõ valuit ex volũtate militis ꝯualescere possit? Respõ. q sic. nã in hoc casu testm̃ valere dicendũ est: quasi ex noua militis volũtate. Sed pone qdã miles fecit testamentũ. et postea dedit se in arrogatõez. et ita post testm̃ passus est capitis di. vel quidã filiusfa. in castrẽsi pecu. cõdidit testm̃. et postea a patre emãcipat9 est. et ita ca. di. est nũquid in his casibus per ca. di. irritatur testm̃? Respõ. q nõ. immo in vtroqz casu valet testa. qd ex noua militis volũtate non videt capi. di. irrituz fieri: qr sicut de nouo ca. di. ð iure ci. etiã primũ testa. facere põt ita vetus test. cap. di. nõ euanescit.

a ¶ Sed et si. Resignauit. id est sigilla aperuit et remouit. vt. ff. codez cum simus. §. cum quis.

b ¶ Adiecit. Ut de iure co. l. conficiũtur. § si miles.

c ¶ Detraxit. No. ex hoc vbo q ðtrahẽs i vno articulo i alijs confirmare videt. Et sic nota i ducta ad vnũ finez opari cõtrariũ qd facit: vt p instrumẽtũ emphiteoticum probetur dominiũ Joã. fab.

¶ Testamentuz factum ante militiam sine solennitate valet si post militiã apparet de militis voluntate. Et idẽ si miles post testamentum fuerit capite minut9. Aretinus.

¶ Sed et si qs ante militiam nõ iure fecit testamentum: et miles fact9: et in expeditiõe degẽs resignauit[a] illud: et quedã adiecit[b] siue ðtraxit[c]: vel al's manifesta ẽ militis voluntas hoc valere volẽtz: dicendũ est valere hoc testamẽtũ quasi ex noua[d] militz voluntate Deniqz et si in arrogationẽ dat9 fuerit miles: vel filiusfamilias emãcipatus est: testamẽtũ ei9 quasi ex noua militis voluntate valet: nec videtur[e] capitis diminutione irri

d ¶ Ex noua. Nota q ab initio nõ valuit: ex postfacto tñ conualescit.

e ¶ Nec videtur. Quod resignauit postea: vel dic sicut nunc ð nouo facere potest: sic vetus nõ resciditur. Et scdm hoc dic noua volũtate: scilicet tacita. aliud in pagano. vt infra qui. mo. testa. infir. §. alio.

¶ Sciendum est tamen Casus.

¶ Hic incipit sexta et vltima pars: in qua sic pone casuz. Domĩe iaz video qliter milites priuilegiati sũt circa factionez testamẽtoꝝ: et qualiter intelligendum sit priuilegiũ datuz militibus et in quãtuz durat. vnde videtur mihi q de cetero possetis quiescere? Ad hoc respon. Amice adhuc nõ est locus quieti: immo

tum fieri.

¶ Filiusfamilias in quasi castrensi pot facere testamentũ scdm ius cõmune. Angelus aretin⁹.

¶ Sciẽdũ tamen est ꝙ ad exẽplũ castrẽsis peculij tam anteriores leges[a] ꝙ̄ pricipales cõstitutiones[b] quibusdam[c] quasi castrensia ẽderũt peculia: ex quorũ quibusdã p missum erat etiam in potestate degẽtibus testari.

¶ Quod nr̃a cõstitutio[d] latius extẽdens permisit oĩbus in his[c] tantũmodo testari peculijs: sed qdem iure cõmuni[f] cuius cõstitutiõis tenore p specto licentia est nihil eorũ que ad prefatũ ius pertinent ignorare.

¶ Quib⁹ non est pmissuz facere testamentum.

¶ Qui alieno iuri subiect⁹ est nõ pot facere testamentũ etiã patre consentiẽte: nisi de castrẽsi peculio: vel quasi d quo testari potest siue sit miles: siue veteran⁹ etiã

certe in hoc loco sciendum est ꝙ ad exẽplum castrensis peculij: tã anteriores leges ꝙ̄ principales cõstitutiones quibusdã personis in dignitate constitutis in quasi castrensi peculio specialit concessert testari. qđ qdem nostra cõstitutio latius extendẽs generaliter oĩbus quasi castrẽse pecu. habẽtibus in his pmisit testari: iure tamen cõmuni obseruato. huius tenore prospecto licitum est nihil eorum que ad prefatum ius pertinẽt ignorar. et hec dicuntur vsqꝫ in fine tituli.

e ¶ In his. Scilicet castrẽsi et quasi nam in aduẽtitio non potest. licet habeat ꝓprietatẽ. vt. C. de bo. que. li. l. fi. §. filiusfamilias. Accur.

f ¶ Iure cõmuni. Nisi sit miles in castris. vt supra eo. in princi. Item tale testamentum non expugnatur p querelã inofficiosi testamẽti. vt. C. d in offi. testamen. l. fi. ¶ Addi. Hic qꝫ hodie hoc ñ est veruz. imo subiacet querele secũduz communẽ sententiaz: si parentes preterea vel exheredet sine causa. vt §. et hoc quidez in auctentl. vt cum de appellat. cognosci. Angelus.

a ¶ Sciendum. Leges. scilicet digestorum. vt. ff. de col. bo. l. prima. §. nec castrense.

b ¶ Cõstitutiones. vt. C. de assesso. l. velut. et C. de aduoca. diuer. iudicum. l. fori. et alie plures. Accur.

c ¶ Quibusdam. vt consulibus: et prefectis legionũ: et presidibus prouinciarum: qui sunt filijfamilias. vt C. de inoffi. testamen. l. fina.

d ¶ Constitutio. C. de inoffi. te. l. fi.

¶ Quibus non est permissum facere testamentum. ¶ Dictum est supra qualiter testamenta fiant. sequitur videre de personis que testari possunt: et que non: quãuis fuerit ordo preposterus: quia si queramus an valeat testamentum: prius videndum est an persona testantis potuerit testari. l. si queramus. ff. de testamentis. Aretinus. Contiuatõ

Diui/sio.

Non tamē. ¶ Iste titulus diuiditur in septez partes q2 enumerātur septē gradus personarum. Et primo ponit de filiofamilias. Secūdo de ipubere Tertio ō furioso Quarto ō pdigo. Quinto pōit ō surdo z muto Sexto de ceco. Septio de capto ab hostibꝰ. Scda ibi. pterea. Tertia ibi. itē furiosi Quarta ibi. item pdigus. Quinta ibi item surdus. z mutus. sexta ibi Cecꝰ Septia ibi eius qui. Aretinꝰ.

bero non alieno arbitrio debet pcedere. vt. ff. de here. insti. l. illa institutio. Accursius.

¶ Additio. Quāuis enī donatio cā. mortis sit vltia volūtas tñ magis accedit z/ctui. vt ñ ō. ō do. i pri. Ang.

ñ possit bñ tñ pōt donat causa mortis Nihiloma gis: et nihilominꝰ. differunt.

patre inuito. Ang.

Non[a] tamen omnibus licz facere testamētū statiz[b] eñ hi qui alieno iuri subiecti sunt testamenti faciendi iuz nō habēt: adeo q̄dē: vt quāuis parētes eis pmiserit[c] nihilomagis[d] iure testari possunt.

¶ Exceptis his[e]: quos ātea enumerauimus: et precipue militibus qui in potestate parētuz sunt: quibus ō eo quod in castris acquisierūt pmissum ē ex constitutiōibus[f] principū testamētū facere.

¶ Quod quidez ius[g] ab initio tantum militantibus datuz est tā ex auctoritate diui Augusti[h] q̄z nerue necnō optimi imperatoris Traiāi. Post ea vō subscriptōe[i] diui Adriani etiā dimissis a militia: idest veteranis[k] concessum est.

¶ Itaqz si q̄dē fecerint de castrensi peculio testamentum ptinebit hoc ad eū quem heredem reliquerunt.

d ¶ Nihilomagis. i. nō: ideo magis. hz ei i se negatiua sic nihilominꝰ affirmatiua. Acc.

¶ Addi. Adnerte licz textꝰ dicat filios nō posse testari: hoc tamē fallit qñ testantur ad pias causas: qa tunc pñt. c. lz de sepul. li. vi.

e ¶ His. Scilz castrense: vel quasi castrēse peculium habentibus. vt. ō. ti. proxi. §. fi.

a ¶ Nō tñ. Uidebatur quēlibet seruantem supradicta posse testari: sed contrarium est in tredecim casibus qui in titulo isto pro parte dicunt. Et hoc est quod dicit. non tamē zc. z no. ī. e. §. fi. Accursius.

b ¶ Stati. i. i pmis vł stati. i. eo ipso

Filius familias licz testari

c ¶ Permiserit. Sed causa mortis filiꝰ donare pōt patre ɔsentiēte. vt ff. de do. cau. mor. l. tā is in fine. Et ratio diuersitatis est: q2 testm̃ ex li/

f ¶ Cōstitutōibus. extrauagātibꝰ.

g ¶ Quod quidez ius. Scilicet posse testari in castrensibus.

h ¶ Augusti q̄z nerue zc. quorum dicta non habemus.

i ¶ Subscriptione. Cuius verba non habemus.

k ¶ Ueteranis. Scilicet filijs familias de quibus hic loquitur.

Si vo itestati ḋcesserit: nullis[a] liberis: vl' frib⁹ superstitib⁹: ad parētes eorū iure[b] cōi ptinebit. Ex hoc itelligere possum⁹ id qḋ in castris acquisierit miles: qui i potestate pr̄is est: neqꝫ ipsuz patrem adimere posse: neqꝫ pr̄is creditores id vēdere vl aliter inqetare: neqꝫ pr̄e mortuo cū frībus cōmune[c] esse Sed scꝫ propriuz eius esse id quod in castris acquisierit: q̄q̄ iur̄[d] ciuili omniū qui in ptāte parentū sūt peculia[e] perinde in bōis parētū cōputent: ac si seruoꝝ peculia i bonis dominoꝝ numerentur: exceptis videlicꝫ his q̄ ex sacris ꝯstitutionibus: ꝛ precipue nostris[f]: ꝓpter diuersas causas nō acqrūt.[g] Preter hos igit qui castrense peculiū vl quasi castrēse habēt si qs ali⁹ filius familias testamentū fecerit: inutile[h] est: licet sue ptātis factus decesserit[i].

a Nullis liberis vel fratrib⁹ superstitibus. Naz liberi defuncti militis ꝛ fratres patrē excludebant. vt C. com. de suc. l. fi. hodie soli liberi militis. vt in auct. de here. ab intestato. ve. §. si igitur ḋfunctus. collatōe. ix. Addi. Quibus nō extātibus succedit vna cū fratribus. vt eo. tit. §. si vo. ḋūmodo castrense ḋferat tanqꝫ hereditas. vt .j. pxi. Jo. fab. ꝛ Angelus.

b Jure cōmuni. Nō hereditario: sed tanqꝫ occupanti peculiū profecticiū vel aduēticiuz. vt. ff. de castren. pe. l. ij. hodie videtur etiaz iure hereditario. vt in auct. de here. ab itesta. ve. §. si igit defunctus. colla. ix.

c Cōmune. Sic supra: per quas personas nobis acqui. §. primo.

d Jure ciuili. Scilicet antiquo. sic supra: per quas personas nobis acqui. §. primo.

e Peculia. Scilꝫ aduētitia ꝛ pfectitia. naz castrēsia vel quasi etiaz iure veteri nō acquirebātur patri. vt. ff. de colla. bo. l. j. §. nec castrēse.

f Nostris. Et aliene ꝛ nostre sūt. vt. C. de bon. mater. ꝛ. C. de bo. que lib. per totum.

g Non acquirūtur. Scilicet nobis pr̄ibus.

h Inutile est. Qꝛ qḋ ab initio nō valet: ex tractu tēporis nō conualescit. arg. j. titul. j. circa prici. (i) Ar. ꝯtra. C. ḋ nup. et si ꝯtra. Solu. ibi nō valuit matrimoniū ex primo sed ex nouo p⁹ matrimōiuz ꝯsensu. Additio (i) Et hoc verū indistincte: si defectus sit in persona heredis. idem si in psona testātis: vt qꝛ sit intestabilis. secus si onerat⁹ creditoribus seruos instituere neqat: vt. l. ei qui soluendo. ff. de here. instit. defectus quoqꝫ solēnitatis: vt in nūero septē testiū rogatoꝝ ex post facto ꝯfirmari nō potest: nisi in casu. l. j. C. de fideicō. ꝛ. l. testō. C. de fideicō. lib. secus si respiciat fauorez priuatū. l. filio pterito. ff. de iniust. testa. Ange.

i Decesserit. Nō idē de seruo te

Tēporis tractus: si conualidat inualidum.

stante si fideicommissum sit relictuz q; valet si durat voluntas: vt.ff. de leg.iij.l.j.§.j.

a ¶ Preterea. Impuberes.sed ex quo tetigerunt de vltimo.die.xiiij. vl'.xij.an nij satis ē fauore testamenti. vt.ff.e.q etate. Idē i vsucapione. vt.ff. de vsu.l.in vsucapionib'. Secus in pscriptiōibus odiosis.vt.ff. de acti.ꝛ obliga.i omnibus

¶ Impubes nō pōt facere testm̄ nec etiam furios' nec factum: conualescit licet efficiat pubes vel sanemētis. Aretinus.

¶ Preterea testamentum facere non possunt impuberes[a] q; nullū eorum animi iudicium[b] est.

¶ Item furiosi[c] quia mente carēt Nec ad rem ptinet si impubes postea pubes aut furiosus postea cōpos mentis factus fuerit ꝛ decesserit.

¶ Furiosi[d] autē si per id tempus fecerint testamentū quo furor eorum intmiss' ē: iur testa

Item secus vbi est fauor ei' q vult prorogare.vt in contractibus a minore factis.vt.ff.ð mi.l.iij.§.miorē

b ¶ Judiciū est.i.discretio.vt.ff.ð iudic.cum ptor.§.nō aūt.Qñq; ponit p sententia vbi rei iudicate standum est.vt.C.de re iudi.l.j. Quandoq; p instātia cause triennij.vt.C. de iu.pperandū.p to.Qñq; p actione.vt iudiciū familie herciscunde: vel cōi diuidūdo.vt.j. de offi.iudi. §.si familie herciscunde.§.fina.

¶ Additio. Qñq; p lite siue cōtrouersia. vt iudiciū pēdet sup hereditate.vt.ff.ad trebel.l.j.ij.rñ. Qñq; p auctoritate. vt negocia ecclesiastica non sūt disponēda laicoꝝ iudicio i.auctoritate.ex de iudi. c.decernimus. Qñ p foro.vt causa iurispatronatus diffiniri debet ecclesiastico iudicio id est foro.c.q̄to.extra de iudi. Quandoq; pro arbitrio. ff. qui satis.cog.arbitrio, Si eñ arbiter ē iudex: ergo arbitrium est iudicium Qñq; pro vltima voluntate vt iudicium testatoris cassum esse non debet.C.de sacrosan.ec.l.j.Qñq; pro questiōe.vt ciuilis cā i iudiciū. l. in q̄stionem deducta: cū crimia li post criminalē ē distinguēda.C.de ordi.iud. l.si.Qñq; pro discussione siue iuris disquisitione vt i rubrica. de iudi. ff.ꝛ.C. Qñq; p ptāte iudicandi.vt.ff.ð iudi.l.iudiciū soluitur vetante eo q iudicare iusserat. Qñq; p pnicie siue dānatiōe: vt ibi Qui māducat ꝛ bibit idigne corp' ꝛ sāguinē dñi iudiciū sibi māducat ꝛ bibit. Corinti.j. Qñq; p pena. vt ibi. Qui bona egerūt: ibūt in vitā eternā. q Jo.v. ꝓo mala: in resurrectionem iudicij i.pene eterne. Qñq; p pcessu iudiciali.vt.c.j. de iudi. libr.vj. Et ista xv.significata iudicij pñt his vsib' comprehendi. Actio.lis auctor. forus.arbiter vltima velle. Questio discer.sen. instā.discussio.posse.Pernicies pena. processus iudcialis. Facit.capitu.in iudi.de re iudicata libro.vj. Versꝰ

c ¶ Item furiosi. Repete non possunt testamentum facere.

d ¶ Furiosi. Hac ratione: idem in mente capto dicam, vt argumentum.ff. de verborum obligatione a titio.in fine.

a ¶ Testati. vt. C. eo. furiosuz. i p̄n. ¶ Additio. Idez in dubio si tp̄s testamenti erat remotum a tempore furoris. sed si vicinum tūc ex q̄litate ipsis actus p̄sumit fuisse sane mētis vel non.

factū rumpit. vt. C. ad. l. iu. ma. l. si. ¶ Additio. Et sufficit q̄ fiat preconiū publice cum cause cognitione q̄ nemo c̄trahat cum eo. vel q̄ iudex declaret eū esse p̄digū vel det ei curatorē tāq̄ prodigo. seu aliter notorie p̄dig⁹ existat.

Et qualiter p̄bet furor. vide. Ang. hic.

b ¶ Negociū. vt vsucapionē ichoatā vt. ff. d̄ vsucapionibus iusto. §. cuz vel possessionē quesitam. vt ff. de acq̄rēda possessione si is q animo. sic. ff. de pecu. l. quaz tuberonis. i p̄ricipio

ti [a] esse videtur certe eo quod añ furorē fecerint testamento valente: nā neq̄ testamentuz recte factū neq̄ vllum aliud negocium [b] recte gestum postea furor interueniens perimit.

¶ Non valz testamentum prodigi factum post interdictuz sed prius factum sic Angelus aretinus.

¶ Itē p̄dig⁹ [c] cui bonoruz suorū administratio [d] interdicta est testamētum facere nō pōt ¶ Sed id qd̄ ante fecerit q̄ iterdictio bonorum suorum ei fiat: ratum [e] est.

¶ Mutus ⁊ surdus possunt certis casibus cōdere testamentū sed non semp. h. d. primo. Et vicium superueniēs post testamentum perfectū non nocet. Areti.

¶ Itē surd⁹ ⁊ mu

e ¶ Ratuz est: qd si fiat interdicto cuz tñ nō sit p̄dig⁹ R ñ. forte nō valet interdictio arg. ff. de tu. ⁊ curatori. da. ab his. l. seie (1). Sed p̄rimum veruz est cuz sit facta contra ius litigatoris

Prodigus q̄s est.

c ¶ Item prodigus est qui neq̄ finem neq̄ moduz habet in expensis vt. ff. de curatore furiosi. l. prima. ¶ Additio. Nam prodigus dat dāda ⁊ non danda. auar⁹ tenet tenēda ⁊ non tenenda larg⁹ mediū tenet inter vtrunq̄z. vñ versus. Prodigus ē animi vitio retinenda profundens. Qui retinet danda cupide: censetur auarus Largus qui sumptum facit ex ratione libenter. Vide notata in c. ex parte. extra de consue.

d ¶ Administratio interdicta est si dicas a iudice planum est: si dicas a lege vt q2 crimen. l. iulie. ma. commisit multo minus testat: sz ⁊ tūc prius

tm: non contra ius legis. ff. q̄ sen. sine appellatio. re. l. prima. in principio. ⁊. §. primo. ⁊. C. quando prouo. non est neces. l. ij. Vide. c. cuz inter. extra de re iudica.

¶ Additio. (1) Et hoc verum quando datus est simpliciter curator impuberi tāq̄ puberi. vt. l. si tutor petitus. ff. eo. secus si tanq̄ prodigo. cū non sit. vt hic. in fine. ⁊ est ratio: q2 pupillum declarat natura: sed prodigum ipse iudex: vel quia curatoris datio facilius. id est solo tractu temporis perdit vires q̄ prodigalitas: vbi exigitur certitudo redditus ad sanam mentem. Angelus.

a ¶ Item surdus. Non semper. sz quandoqz possunt sm distinctionez sequentem.
b ¶ De eo surdo. sic. j. de inuti. sti. pu. §. mutum.
c ¶ Et eruditi. Scilicet i moribꝰ.
d ¶ Amittūt. ⁊ maxime im pij aduocati.
¶ Additio. Ut in eo puniatur i quo deliqrūt. c. litteras ꝺ tempo. or. c. pastoralis ꝺ iu. pat. ⁊ e. fina. de immu. eccle. cum si quia per que quis peccat: p hec ⁊ torquetur.
e ¶ Constitutio. vt. C. qui testa. fa. ce. poss. discretis

natura est surdus ⁊ mutus: non potest nisi sit miles. vt. s̄. titulo. j. §. gnimmo.
¶ Additio. Quidam dicunt debere intelligi de muto ⁊ surdo a casu ⁊ tunc miles testabit licentia principis bis i casibus i quibus paganus nō posset
g ¶ Sz si quis. sic. s. eo. §. preterea. ⁊. §. si furiosi.
h ¶ Cecus. Naturaliter vel casu: ⁊ orbatꝰ vtroqz lumine sec si vno tātū. vt. C. ꝺ excu. tutorum. l. frater.
i ¶ Per obseruationez. s. vt coraz. vij. testibꝰ ⁊ tabellioē; vl' alio loco eiꝰ si nō iueniatur tabellio dilucidiꝰ volūtatē suā ꝺclaret: ⁊ in hrditatibꝰ ⁊ i legatis ⁊ oīa in scriptis referantur. vt. C. eodem hac consultissima.
k ¶ Patris nostri. alias mei. sic. s̄. de do. §. est ⁊ aliud.
l ¶ Eius. Apud hostes. scilicz vt captus vel obses. vt. ff. eo. l. obsides.

tus nō sp[a] testm̄ facere pñt vtiqz aūt ꝺ eo[b] surdo loquimur q̄ oīno n̄ exaudit nō q̄ tarde exaudit. ¶ Nam ⁊ mutꝰ is itelligit q̄ eloq nihil pōt nō q̄ tarde loqt. ¶ Sepe eñ ēt litterati ⁊ eruditi[c] hoīes varijs casibꝰ ⁊ audiēdi[c] loquēdi facultatem amittunt[d]. ¶ Ūn nr̄a ꝯstō[e] ēt his subuēit: vt certis[f] casibꝰ ⁊ modis ꝫ normā eiꝰ possit testari aliaqz facer̄ q̄ eis pmissa sunt. ¶ Sz si qs[g] post testm̄ factū aduersa valitudie: aut q̄ libꝫ alio casu mutꝰ aut surdꝰ eē cepit ratū. nihilominus manet eius testm̄.

¶ Cecꝰ cū solēnitate cōi nō pt facere testm̄ sz seruando quādā solēnitatē spāliter ad hoc assignatam. Are.

¶ Cecꝰ[h] āt nō pt facere testm̄ nisi p obfuationē[i] quā lex diui Justini[k] pris nr̄i itroduxit.

¶ Captꝰ apd hostes testm̄ facer̄ nō pt sz priꝰ factū sibi moriat̄ ex lege cornelia vꝫ si r̄deat ex postliminio. Aret.

¶ Eiꝰ q̄ apud hostes[l] ē testamētuz

Testamēti p cecum faciendi solēnitas.

f ¶ Certis. vt mutus ⁊ surdus casu: vel mutus tantū. siue natura siue casu: si scribere nouit sua manu scribat testm̄. Si autem per alium scribere velit: ipetret hoc a principe. vt ff. eodē. si mutus. Idē si surdus tantū casu ē vel etiā natura testet̄ si vult si potest loqui articulate. vt. C. qui tēstamen. fa. pos. discretis. si autem

a ¶ Non valet. Quia serui sunt vel quasi. vt. s. de iure personarum. §. serui ⁊. ff. de li. ho. exhi. l. ij.
b ¶ Fuerat. Ante captiuitatem.
c ¶ Postliminij. Quod fingit eum semper in ciuitate fuisse. vt. s. quibus mod. ius pa. po. soluit. §. si ab hostibus non autem. l. cornelia ita fingitur ⁊ qd dicit. C. de capti. l prima ⁊ l. captum iproprie ponitur. l. cornelia pro iure postliminij.

qd ibi fecit non [a] valet qñuis redierit. ¶ Sed qd duz in ciuitate fuerat [b] fecit siue redierit valet iure postliminij [c]: siue illico decesserit valet ex lege [d] cornelia.

¶ De exhredatione liberorum.

¶ Fili⁹ dz heres institui: vl' noiati exheredari. Al's aūt preteritus dicit testm ipo iure nullū. Filie vo familias vel alij vlterioris gradus: masculi p virilē sexū descendētes pteriti nō rūpebāt testm sz habebāt ius accrescēdi ⁊ poterāt inter ceteros exhereditari. h. d. Aretin⁹.

Legis cornelie fictio. d ¶ Ex lege cornelia que fingit eū prima hora captiuitatis mortuum ⁊ sic liberū. vt. ff. eo. l. lege cornelia. aliud esset si nulla esset fictio, vt i seruo pene facto. vt. j. quibus modis testamen. infir. §. nō tñ. Ultimo no. q xiij. sunt persone ⁊ plures que testari non pñt. Testamētuz facere multis phibetur a iure. Filiusfamilias. Item seruus. vt. s. eo. in principio. ⁊. ff. eo de si filius. Item impubes. Item furiosus. Item mentecaptus. Item pdigus. Itē mut⁹. Itē cecus. Itē surdus. vt. s. e. §. preterea. ⁊. §. item furiosi. §. itē pdigus. §. itē surd⁹. ⁊. §. cecus. Itē dānat⁹ ad mortē naturalē vel ciuilē. vt. ff. e. l. ei⁹ quo. §. j. vsqz ad finem. Item obses vt. ff. eo. l. obsides. (i) Itez de crimine famoso damnatus. vt. ff. eo. is cui. §. fi. ⁊ l. cū lege. Item de statu suo debitantes vt. ff. eo. de statu. ⁊. l. qui in dñi. Item monachus. vt in auctenti. de monac. §. illud. sed hodie ſm quosdam corrigitur. vt in auctē. de san. epis. §. si qua mulier. Item is cui interdicit bonis. a lege. vt. C. ō heredi. ⁊ mãi. l. mãiche os. ⁊ ad l. iul. ma. l. vlti. Unde vers⁹.

Testari nequeunt impubes religios⁹
Morti damnat⁹ ⁊ sub patre filius: obses.
Prodigus ⁊ stultus: dubius: seruus: furiosus.
Crimine damnatus: cum muto: surdus ⁊ illum.
Qui maiestatem lesit cecuz quoqz iungas.

¶ Additio. (i) Intellige si sint dati pro pace teneda: ⁊ a populo romano. in quibus habet locum etiā lex cornelia. scdm Joannem fabri al's si dati ab alia ciuitate vel dño nō fiūt serui. vt per Angelum aretinuz hic.

¶ De exheredatione. ¶ Ista rubrica continuatur per gl. i. j. in nigro. Angelus. Uel sic. Dictum est. s. de testamentis ⁊ eorum ordinatione verum quia in testamentis quando qz liberi exheredantur: ideo sequitur rub. de exhe. lib.

Diuisio. NOn tamen. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit quid iuris erat

erat de iure antiquo circa exheredationem liberorum: et qua forma exheredabantur. Secundo qualiter hodie exheredari debeant. Tertio aliqua dubia circa predicta subinfert. Secunda ibi Sz hered. Tertia ibi: Sz si in expeditione. Item prima subdiuidit. Nam primo ponit

Non tamen [a] vtomnino valeat testamentu sufficit hec obseruatio quam supra [b] exposuimus

Sed qui filium [c] in potestate [d] habz curam debet vt eum heredem istituat vel exheredem eum nominatim faciat.

tpe facti testamenti existente testm ipso iure nullu fuit: et hoc veruz fuit in filijs masculis primi gradus: sed secus erat in filiabus. Nam no ita de filiabus vel alijs liberis vtriusqz sexus in remotiori gradu costitutis apud veteres obseruabat. Neqz eis exheredabant et testamentu propter

quandam continuationem ad precedentia. Secundo ponit qliter exheredationem fieri de iure antiquo sufficiebat de liberis natis et in potestate: et primum locum siue gradu obtinentibus. Tertio de liberis nascituris vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quarto de emancipatis. Quinto de liberis ciuilibus tm et de eorum exheredatioe. Scda ibi. Sed q filium. Tertia ibi Posthumi. Quarta ibi. Emancipatos. Quinta ibi. Adoptiui. Areti.

Non tn. Casus. Pone igit sic ca. in prima parte. Vnde ia video de hac obseruatione soleni obseruada in testamento. nunquid sufficit huiusmodi obser. ad hoc q testamentum in expugnabiliter veleat? Rn. q non. No em vt oino veleat testm sufficit pdicta obseruatio quam. s. de testa. or. exposuimus sz testor q filiu in ptate hz eu vel herede in testo institnere vel noiatiz exheredare necesse est. Si em eu sub siletio pterierit inutile erit testm. et intatu erit inutile. vt lz iste filius preteritus viuente testatore mortuus fuerit. nemo tn ex eo testo heres existere poterit. et hoc ea roe: qr pterito filio in ptate

heredis preteritionem non infirmabatur: sed nonvelabat etiam ius accrescendi vsqz certam portionem: id est dimidia illius portionis qua habituri essent ab intestato eis prestabatur: nec solum fuit huiusmodi differentia inter filios mas. et hmoi personas: sed etiam alia: qa lz filij masculini noiati debeat exheredari non tamen supradictas personas noiatim exheredare parentibus erat necesse sz licebat eis illas perso. iter ceteros exheredare. Sz do. di. mi. quid e exheredare noiati? Ad hoc rn. Ami. exheredare noiati videt q pprio noie expresso exheredatur veluti si testator. di. Titius filius meus exheres esto. vel non adiecto pprio noie sed appellatiuo tatu vt puta si testatore viuo solum filium habuit.

a Non tn. Lz dicta obseruatio. s. de te. or. solenis sit. No tn etc. Vel sic. s. d ea obsuatioe q e circa fide et pbatioez satis dictu e: nuc d ea q e circa pietate dicedu e et lz ea obsuatoq circa fide e satis diliges sit no tn etc.

b Supra. scilz i titulo d testa. or.

c Filiuz. et militem. vt. ff. de lib. et posthu. filiusfamilias.

d In ptate. Sec9 in emancipato

¶ Alioquin si eũ silẽtio pterierit[a] inutiliter testabitur adeo[b] quidẽ vt si viuo patre filius mortu⁹ sit nẽo[c] hr̃s ex eo testõ existere possit: quia scilꝫ ab initio nõ constiterit[d] testamẽtũ. ¶ Sꝫ non ita[e] de filiabus ⁊ alijs per virilẽ sexũ descẽdentibus liberis vtriusq; sex⁹ antiq̃tati fuerat obseruatum. ¶ Sed si nõ fuerant scripti hr̃des scripte vel exheredati exheredate: testm̃ q̃dem non ĩfirmabatur[f]. ¶ Jus aũt accrescendi eis ad certaz portionẽ[g] prestabatur. ¶ Sꝫ nec[h] noiati eas psonas exheredare parentibus necesse erat sed licebat inter ceteros[i] hoc facere.

¶ Exhr̃datio nominatiz fit dupliciter. Aretinus.

¶ Nominati aũt q̃s exhr̃dari videtur siue ita exheredetur. ¶ Titi⁹ filius me⁹ exhr̃s esto siue ita: filius me⁹ exhr̃s esto: nõ adiecto ꝓprio noie scꝫ si ali⁹ fili⁹ nõ extet[k].

iure ciuili idem iure pretorio. vt. j. eo. emancipato. Accursius.

¶ Additio. Immo hodie preteritur dicit nullum etiam de iure ciuili sicut in potestate constitutus. vt per gl. in §. exheredatus. in auc. de here. ⁊ falci. Angelus.

a ¶ Preterierit. Scꝫ nec instituendo: nec exhr̃dando vt. j. de here. q̃ ab ĩ testa. §. eadẽ. nec ipso iure valet vt C. de libe. pre. l. maximum.

b ¶ Adeo. Scꝫ inutilr testabitur.

c ¶ Nemo. ff. de iniust. ru. testa. filio §. si contra. So. ibi filius viuit: h nõ. Vel h iure stricto: ibi eq̃.

d ¶ Nõ cõstiterit. aliud si constitit lꝫ postea rumpat ⁊ iterũ morit: vt in posthumo. vt. ff. de iniu. rup. testa. posthu. in prin. ✠ ⁊ infra. eo. §. posthu. ibi qd ⁊c. Nec est mirũ q² si ab initio rumpit agnatione posthumi eo mortuo conualescit argumentuz ff. de regu. iur. l. quod ab initio.

e ¶ Sꝫ nõ ita. No. ex vna pte po-

nit filios tm̃ ⁊ filias: ⁊ oẽs ex masculis vel feminis descendentes.

f ¶ Non infirmabatur. cõtra. j. e. § sed feminini. So. vt ibi.

g ¶ Ad certaz portionẽ. Scꝫ dimidiaz eius qd ab intestato habituri essent. vt. C. de lib. pre. maximũ circa medium. ibi cuꝫ eni p contra tabulas ⁊c.

h ¶ Sed nec. Hec est secunda differẽtia iter pdictas personas

i ¶ Inter ceteros. Scilicet hoc mõ vnũ de filijs meis exheredo vel vno instituto sic dico reliq̃s exheredo: naz nisi diceret ceteros exheredo: lꝫ dicat filiuz meuz exheredo: cũ plꝫs habeat nẽo exheredat⁹ vr̃. vt. ff. de lib. ⁊ posth. l. ij. sed secus erit in istis: nam bene valet. vt hic dicitur.

k ¶ Non extet. Itẽ alijs modis vt oẽs libri sint exhr̃dati: ⁊ si sit vnus tm̃. vt. ff. de li. ⁊ posthu. titi⁹. i pri. Itẽ si dixerit alia vba q̃cunq; dũmõ certa. vt. ff. si cer. pe. l. cer. ⁊. ff. de iniust.

sariaẽ bonorũ possessio ⁊ alios vigiti vide p An. qd est magne vtilitatis q² eaꝫ liberi infra ãnũ cognati vo infra centũ dies tm̃ ⁊ ñ solo aio sꝫ corã ptore agnoscente

Exheredatõ inter ceteros q̃liter fit.

✠ Et ibi est casus i q̃ etiã hodie neces-

rup.test.posthumi.§.noiati ꝛ.ff.de lib.ꝛ posthu.l.j.ꝛ.ij. sed secus si dicat filium meū instituo:ceteros liberos exheredo: vel seiū extraneū instituo.liberos aūt exheredo. ꝛ hic non dicit oēs vt nō ꝯdicat p. gl. Nam dicoꝛ exheredare filiū iter ceteros qꝛ mixtō sit cū ceteris i rmotioribus ḡdibꝰ cōstitutis.vnde non valet cum debeāt exheredari noiatim: vt hic dicitur.

editus ꝑ iaꝫ nato habetur. sed lꝫ in hac particula sit conditio oium posthumoꝝ parificata: in alio tñ differunt nam feminini sexus posthume vel noiatim vel inter ceteros solebāt exheredari:ꝑut placuit testatori.ita tñ vt si testatoꝛ hmōi ꝑsonas inter ceteros exheredaret aliqd eis legaret.

¶ Etiā posthumi debent institui vel exheredari alias nato posthumo rūpit testamentum. sed valet priꝰ. Et femina posthuma olim inter ceteros poterat exheredari cum legato masculꝰ vo posthumꝰ noiatim. Areti.

¶ Posthumi qꝫ liberi vel heredes institui debent vl' exheredari.

¶ Posthumi qꝫ. Casus ¶ Hic icipit scda ps scde subdiuisiōis i q̄ sic ꝓcedit. Prio tractat de ꝓis posthumis pmo assignādo ꝯrietateꝫ inter eos posthumos taꝫ masculini qꝫ feminini sexꝰ queādmodū exheredantur. Scdo deter. de exheredatione eoꝝ q loco posthūoꝝ sūt. Pone igit sic ca. Dñe iā video qd iuris ē circa exheredationē liberoꝝ iā natoꝝ sꝫ qd dñe si testatoꝛ reliqrit vxorē pregnantē. nunqd necesse hꝫ exheredare vel istituere vteꝝ? Rñ. ꝙ sic. Naꝫ non solū nati liberi:sed etiā posthumi exheredari debēt:vel heredes instituī ꝛ in eo par oium posthumoꝝ cōditio est ꝙ quocūqꝫ posthumo siue masculini sexus:siue feminini ꝑterito nō valet testm̄:qꝛ si nascat posthumꝰ vel posthuma natiuitate eiꝰ rūpitur testm̄. vñ si mulier ꝑgnans ō qua sperabat posthumus nasciturus ediderit aboꝛtiuū nihil erit ipedimēto heredibꝰ institutis ad hereditatē ex testō adeundam. Naꝫ iste aboꝛtiuus qui moꝛtuus natus est vl' contra formam humani generis

ne viderentur huiusmōi posthume per obliuionem a testatore preterite esse:sed secus erit in masculis posthumis. Posthumos enim masculos:puta filiū:ꝛ deinceps statutū est non posse aliter recte exheredari. Sed dñe ꝑ deo q̄liter pōt posthumus noiatim exheredari.si testatoꝛ de sexu faciat mentionem? Rñ. ꝙ hoc mo. Quicunqꝫ mihi filius masculus genitus erit exheres esto.

a ¶ Posthumi. Institui ista institutione ex ꝑsenti matrimonio nascituri:ꝛ ex futuro instituti videntur.vt ff.de lib.ꝛ posthumis. l.placet.ꝛ.l. ideoqꝫ. ✠ Quid in exheredatione posthumorum. an omnes siue hi q sunt in vtero tantum: an alij q sunt nascituri ex presenti matrimonio vl' futuro intelligunt exheredati? Respōdeo non:cū masculi debeāt noiatim exheredari.vt.j.eodē.§.masculos. Accursius florentinus.

¶ Additio. Et hec vera lꝫ glo.teneat contrariūin.d.l.placet:quam saluat. Joan. fab. vbi essent apposita verba multiplicatiua vel vniuersalia:quisquis quicunqꝫ:ꝛ similia.secus si indefinita tantum:vt hic.

✠ Et et filij postea ad optati q dñr posthūi ciuiles. l. si qs post hūos. ff.eo. An āt natu re-

zs tā
um &
d si i
ituat
pētrez
pxoris
ue.vi
de per
Ange.
hic.
Posthumi hodie exheredari nō possunt.

a ¶ In eo. Scilcet quod sequitur: quod & in filio &c.
b ¶ Omnium. Scilicet posthumorum ex se nasciturorum & ex filiis suis licet in iam natis non sit par cōditio. ut. s.e.§.sz non ita. Ange.

¶ Et in eo [a] par omniū [b] conditio: est qd & in filio posthumo & in quolibz ex ceteris liberis siue feminini sexus siue masculini [c] in preterito: valet quidez testamentum sz postea agnatione [d] posthumi siue posthume rumpitur [e] & ea ratiōe totum infirmatur [f]. ¶ Ideoq si mulier ex q posthumus aut posthuma sperabat abortū [g] fecerit nihil ipedimēto ē scriptis hrdib⁹ ad hereditatez adeundem. ¶ Sed feminini qdē sex⁹ psone [h] vel noiatiz vel inter ceteros exhrdari solebant dū tamē (si inter [i] ceteros exhereda rētur) aliquid eis legaretur: ne viderentur preterite esse per obliuionem. ¶ Masculos vo posthumos id est filios: & deinceps placuit non aliter recte exheredari nisi nomiatim exheredentur hoc sz mō qcunq mihi fili⁹ genit⁹ fuerit exheres esto.

c ¶ Masculini. siue ex masculo siue ex femina.
d ¶ Agnatione Id est natiuitate. sic.j.quibus mo. testamē. infir.§.p mo.
e ¶ Rumpit. Si vero exheredabat de inofficioso agebatur ut.j.de in off. testamen.§. posthumi. Hodie vero exheredari non possunt. ut.C. de inoffici. testamento.l.si quis.§.legis.
f ¶ Infirmat. Hic adde qd est d testament. milit.l.si filiusfamilias.j.
g ¶ Abortum. Qui est pro non nato. ut.ff.de verbo.significatione.l.g mortui. &.C. de posthu. here. l.j. Accursius.
¶ Additio. Idem in seminato mortuo anteq perfecte extrahatur. Secus tamen in nato ex secto ventre qui non declinat ad monstrum duz modo habeat pulsum: etiam si vocem non emiserit. Angelus.
h ¶ Persone. Scilicet posthume. nam iam natis feminis nō erat necesse legari. ut. C.d libe. prete.l.maximum in fi. & s.e.§.sed nō ita.
i ¶ Int ceteros. hodie p constitutione omes nominati. ut.j.e.§. nostra. Sed nouissimo iure nō: cum non sint ingrati. uti autē. ut cum de appellatione cognoscit. §. aliud. coll.viij. p Accursium.
¶ Addi. Que causa dz exprimi & hrede pbari. ut i auc. ex causa.C.de liberis pteritis. Ang. ¶ Posthumoruz. Casus ¶ Hic dter. Iusti.. d exhrdatione eorum q loco posthumor sūt. vñ sic pono casū. Dñe iā video & patet mihi qualr exheredantur liberi nati. & ēt posthumi. nunquid sunt plures modi exheredandi vel instituēdi? Et respondet qp sic. Nā sicuti dictū ē veros posthumos dbere exhrdari. vl'i

¶ Nepos ex filio moriente patre vivo auo succedit in locum eius: ideo institui: vel exheredari debet: ne aliter preteritus rūpat aui testamentuz qui modus est introduct⁹ a lege velleia. Aretinus. ¶ Posthumorum[a] autem loco[b] sunt ei hi qui in sui heredis[c] locum succedendo: q̄si agnascendo[d] fiunt parentibus[e] sui heredes: vt ecce si quis filiuz: ⁊ ex eo nepotem: neptemve in potestate habeat quia filius gradu precedit: is solus iura heredis habz: quāuis nepos quoque et neptis ex eo: in eadem potestate sint. ¶ Sed si filius eius viuo eo

stitui, ita ⁊ hi qui loco posthumi sūt. Sed domine dicatis mihi qui sūt hi qui loco posthumi sunt? Ad hoc respōdet. Amice loco posthumi sūt hi qui tempore testamenti non erāt immediate adiuncti testatori. postea tamen adhuc viuente testatore in locuz sui heredis succedūt: ⁊ ita quasi agnoscēdo immediate adiungūtur testatori ⁊ sui heredes efficiunt: vt patet i tali exemplo. Titius habet filiū: in potestate sua. ⁊ ex eodē filio nepotē. hoc casu: quia filius in vno gradu precedit nepotem solus filius iura sui heredis habet licet nepos ⁊ neptis ex eo in eius potestate sint. Unde si Titij filius viuente adhuc titio mortu⁹ fuerit aut de potestate eius exierit. incipit nepos ex filio nato in locuz patris sui mortui: vel a patria potestate succedere: ⁊ eodē modo q̄si agnatione suus heres efficitur cū nullus in potestate existens eum precedat. ⁊ ideo sicut testator ipsum filiū: vel heredem instituere: vel nominatim exheredare debet. ita nepotē: vel neptem ex illo necesse hz exheredare: vel heredez instituere: ne forte viuo adhuc testatore filio eius q imediate erat ei adiūctus mortuo: vel emācipato: vel alio modo a p̄ria potestate liberato nepos ex filio: ⁊ in locuz patris sui succedēs: quasi agnatiōe eius rūpat testamētuz. Et ista prouisio ē securitas testamentoruz. ⁊ per legem velleiam introducta est. i. qua qdē lege filis modus exheredatōis ad exemplū verorum posthumoruz dmōstratur. ⁊ hec dicunt vsq ad illū §. Emancipatos ⁊c. Ista ē tertia pars secunde subdiuisiōis. ⁊ est casus planissimus. ⁊ ita expedita est p̄ria pars prime subdiuisiōis: in q̄ tractat de exheredatione adoptiuoꝝ. ⁊ est casus planus.

a ¶ Posthumorum. Sic. ff. de iniusto, rupto testamento posthumoruz. vbi omnino habetur iste. §.

b ¶ Loco. Non tamen veri posthumi sunt: vt infra eo. §. hoc in fine.

c ¶ In sui heredis. Infra de here. quali. ⁊ diffe. §. sui.

d ¶ Agnascendo. Idest subtus vel postea nascēdo: sicut posthumus verus: non enim nascitur cū natus sit. vt supra de adopti. §. p̄rio. Uel dic agnascendo. i. incipiēdo esse agnati: quo ad effectum succedendi.

e ¶ Parētibus. Scilicet masculis

nata teſtamentum femine non rumpitur per legem velleiam.vt.ff.de liberis et poſthumis.gallus.§.nūc de lege.ibi.nam ⁊ ſi ita verba ſunt (i)ſed per querelam irritatur.vt C.ō inof/ſici.teſta/mē.l.iij. ⁊ īfra eo/dē.§.ma/ter.

¶Additio(i). Nota p̄/teritionē mr̄is fa/ctam ō li beris nō annulla/re teſta/mentuz. qđ ideo pcedit: quia pre/teritō ma tris habe tur p ex/hr̄datio/ne: vt vi/debit in §.mater infra eo/dē. Chri ſtoforus.

mo:vt ſtatim dicam.vt.ff.de libe/ris ⁊ poſthumis.l.gallus.§.ſi eius qui filium.

d¶ Similis.In veris poſthumis: talis erat modus:vt ſi me mortuo: naſcetur mihi fi/lius: in/fra decez menſes. vt.ff.ō li beris et poſthu/mis.gal/lus. p̄io reſpon.⁊ §.p̄mo: ſecundo. tertio.et quarto. ſic ergo. ⁊ hic per legez vel leiam: ſi ſuus he/res eſſe ō ſierit vi/uo teſtato re.vt.ff.ō liberis et poſthūis gallus.§ nūc vidē/dum.⁊ in hoc habet locum lex vel/leia.(i)ſic etiam eſt paritas ab inteſtato:vt infra de heredibus que ab inteſtato.§.cum autem.

morte vtriuſqȝ nato: vt hic p doct.

moriatur aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius:incipit nepos: neptiſve in eius locum ſuccedere:et eodez modo iura ſuoruz heredum quaſi agnatione nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentū: ſicut ipſum filiuz: vel heredem inſtituere:vel nominatim exheredare ō bet teſtator:ne nō iure faciat teſtamē tuz:ita ⁊ nepotez: neptemve ex filio neceſſe [a] eſt ei vel heredem inſtituere:vel exheredare: ne forte eo viuo [b] filio mortuo ſuccedendo: in locuz eius nepos neptiſve: quaſi agnatione: rumpat teſtamentum.

¶ Idcqȝ lege iulia velleia [c] prouiſuz eſt:in qua ſimilis [d] exheredatiōis modus ad ſimilitudinem poſthumoruz demonſtratur.

¶Additio.(i) Cuius legis difficultates euitabis apponendo talē clauſulam: omnes natos ⁊ naſcituros: qui mihi agnaſci poterunt in talī re inſtituo. Quo autem ad exheredationem quaſi poſthumorum:qui ſunt iam nati.⁊ que debet fieri nominatim:ſic dices. Talem nepotez: vel proneptem:ſi quādo natus erit

a¶ Neceſſe eſt. Cauſatiue.ſcilicet ne rumpatur teſtamentum.vt ſequitur:non p̄ciſe.vt.C.de adopti.l.penulti.§.que in filio.

b¶ Eo viuo. Secus ſi poſt.vt.ff.de iniuſ.rupt.teſtamē.ſi quis filio.⁊ in teſta/ toris: ſcȝ hoc differt a vero poſthumo. Itē differt ab aſcendētib⁹.vt.ff.de inofficio.teſtamen.patre filium.

ſec⁹ in nepo/ te poſt c¶ Velleia. nomen eſt cuiuſdam noue legis: ſed ius galli aquilij ante tiquius eſt:⁊ loqtur in vero poſthu

ex tali causa: exheredo. proprie enim posthumi exheredari hodie nō possunt. vt per Joannem fabri. et Angelum aretinum hic.

a ¶ Emancipatos. Jure ciuili, sic infra de here. que ab itestato. §. emācipati.

b ¶ Necesse est. Nam nihilomin⁹ tenet testamētū. aliud i eo qui est in potestate vt supra eodez. in principio. ¶ Addi. Hic tam de iure ciuili: quia non erat cognit⁹: q̄ etiam de iure p̄torio: qa pretor habet illas: pro tabulis: si septem signis testiū signate sint. et dat bon. possessio. secunduz tabłas. vt lege. cū tabule. ff. ō bono. possessio. scōm tabulas. nec de vitio preteritionis curauit. secundum. Angelū aretinum.

c ¶ Sui heredes. supple: et quia desierunt esse heredes sui: al's nō esset bona ratio: cum filii necesse habēt patres instituere. licet non sint patres sui heredes ad filios. Filius autem emancipatus per capitis diminutionem desinit agnatus esse: et remanet cognat⁹: q non cognoscit a iure ciuili. vt ifra. ō heredi. que ab intestato ō feruntur. §. emancipati. et supra: de legitima agnatorū tutela. §. finali. et ff. de bonorū possessione. sed cū patrono. § prio. Accursi⁹ florētinus.

d ¶ Feminini. Licet in suis esset differētia inter masculos: et feminas: iure ciuili. vt supra eodem. §. prio.

e ¶ Exheredati. Scilicet rite. al's autem exheredato datur contratabulas. vt. ff. de bonorum possessio. contratabulas. lege. non putauit.

¶ De iure pretorio filii emancipati debent heredes institui vel exheredari: masculi nominatim: femine vero qualitercunq̄: al's datur eis bonorū possessio: contratabulas. Angelus aretinus.

¶ Emacipatos liberos iure [a] ciuili: neq̄ heredes instituere: neq̄ exheredari necesse est [b] quia non sunt sui heredes [c]. Sz pretor omnes tam feminini [d] sexus q̄ masculini: si heredes non instituantur: exheredari iubet: virilis sexus nominatim: feminini vero inter ceteros. Quia si neq̄ heredes instituti fuerint neq̄ ita (vt diximus) exheredati [e] permittit eis pretor cōtratabulas testamenti bonorum possessionem.

¶ Filius adoptiuus adoptiōe durāte habetur pro extraneo: quo ad patrem naturalē: et habet idē ius qd haberet filius legitimus et naturalis quo ad patrē adoptiuum: sed emancipat⁹ a patre adoptiuo ē extrane⁹: quo ad eum: et habetur pro emancipato quo ad p̄rem naturalem. Angelus aretinus.

in.§.non queuis. Item etiam institutis datur contra tabulas si alius committat eis edictum (i). vt.ff.de ꝯtabulas. l.tertia.§.plane.⁊.ff.de leg.preto.petito.bono.posses. contra tab. l.si duo.

¶ addi. (i) Quã potest in tẽtare ẽt cõmittente inuito. vt.l.non nunquã.ff. de le.prestã. Ang.

a ¶ Adoptiui lib. Habentur. quo ad adoptiuũ patrem.

b ¶ Instituẽdi. ab adoptiuo.

c ¶ Iure ciuili. quod scꝫ ius ciuile.scꝫ adoptionis quo vocãtur sui adoptiui ad hereditatẽ: alio iure ciui.scilicet per emãcipationẽ sublatũ est: qđ esse potest. vt supra đ le.agna.tute.§.finali.

d ¶ Attinet. quod vocat emancipatos. vt supra proxi.§.⁊ est ratio: qr desinunt esse filij: sed naturales non possunt desinere esse filij per emãcipationem. vt infra de here. que ab intesta.§.minus autem.

e ¶ Extraneorũ.ff. de contratabulas.l.prima.§.⁊ sui iuris.

f ¶ Patre.ff.de ꝯtratabulas emãcipatus.§.penulti.in fine.

¶ Sed hec quidem. Casus. ¶ Hic

¶ Adoptiui liberi: quãdiu sunt in potestate patris adoptiui eiusdẽ iuris habent[a]: cuius sũt iustis nuptijs q̃siti. Itaqꝫ heredes istituẽdi[b] vel exheredãdi sũt scđm eam que de naturalibus exposuimus. Emãcipati vero a patre adoptiuo: neqꝫ iure ciuili[c]: neqꝫ eo iure qđ ad edictũ pretoris attinet[d] inter liberos cõnumerãtur. Qua ratione accidit vt ex diuerso qđ ad naturalẽ parẽtẽ attinet: quãdiu quidem sint in adoptiua familia extraneorum[e] numero habeantur: vt eos neqꝫ heredes instituere: neqꝫ exheredare necesse sit cum vero emancipati fuerit ab adoptiuo patre[f]: tũc incipiũt in ea causa esse in qua futuri essent si a naturali patre emancipati fuissent.

incipit scđa pars principalis istius tituli in qua corrigit differẽtias iuris antiq circa exheredatiões liberorũ. Et ad vberiorẽ iuuenũ doctrinam subdiuidas istã partem in tres particlas In quarum prima parte determinat Iustinia. de illis qui necessario habent filios: vel liberos suos: vel legitimos nomiatis istituere vel exheredare. In scđa parte determinat de legitimis tm̃. videlicet đ adoptiuis In tertia ⁊ vltima parte determinat đ illis quorum preteritio habetur pro exheredatione. Prima pars durat vsqꝫ ad illum.§. Circa adoptiuos autẽ. ibi incipit secunda pars: ⁊ durat vsqꝫ ad illum.§. Sed si in expeditiõe. ibi incipit tertia: ⁊ ꝑtendit vsqꝫ in finẽ tituli. In prĩa parte ꝓcedit primo assignãs tres rationes quibus motus fuit ad corrigẽdum ius antiquũ. Secundo determinat qualiter correxit. Pone igit sic casum. Dicit Iusti. qꝫ huiusmodi differẽtias sexus ⁊ modi exhere. de quibus dictũ est vsqꝫ ibi vetustas. id est media iuris prudẽtia itroducebat: sed

nostra constitutio differentias amouet ꝛ nihil inter masculum. ꝛ feminam. quantum ad modū exheredandi: vel instituēdi interesse estimauit. ꝛ hoc triplici rōne. Prima quia vtraqz psone in procreatione hominum simili nature officio funguntur. Secūda ratio: quia l. antiqua xij. tabularum: omnes tam masculos quam feminas parit ad successiones parentum ab intestato vocabat. Tertia ratio est: quia pretores secuti sunt. l. duodecim tabularum: dando. scilicet filiabus: sicuti ꝛ filijs preteritis bono. posses. contra tabu. in totum. Unde nos his ratiōibus moti simile ac simplex ius antiquum differentijs explosis in filiabus ꝛ filijs ꝛ oībus alijs per virilem sexum descendentibus non iam natis: sed etiā posthumis introduximus ꝛ statuimus in cōstitutōe nostra: vt oēs siue sint sui siue emancipati: aut instituantur heredes: aut nominatim exheredent: ꝛ omnes siue sint iā nati siue adhuc in vtero constituti. ꝛ postea nati sūt eundem habeant effectum circa parentum suorum testamentum infirmandum. ꝛ hereditatem in scriptis heredibus heredum. quem quidē effectum filij sui: vel emācipati: preteriti: vel exheredati habere poterūt. Et hec dicūtur in prima parte secunde partis principalis: vsqz ad §. illum. Circa adoptiuos. ꝛ casus planus est vsqz ad illū. §. Sed si in expeditione. ibi incipit tertia particula illius secunde partis principalis. ꝛ primo ponit casum specialē: i quo pteritio habetur p exhrēdatione. secūdo tractat. de psōis illis quarum preteritō generaliter habetur: et casus planus est: vsqz in fine tituli.

¶ Circa institutionē ꝛ exheredationē liberorum non est hodie differentia in effectu: nec inter masculos et feminas ꝛ ceteros descendētes posthumos: vel iā natos suos: vel emācipatos. Aretinus.

¶ Sed hec [a] quidem vetustas [b] introducebat.

¶ Nostra vero cōstitutio [c] inter masculos ꝛ femias in hoc [d] iure nihil interesse [e] existimās: quia [f] vtraqz psona i hoīm procreatione similiter natur officios fungitur.

¶ Et lege anti-

a ¶ Sed hec. Scilicet supradicta: a pricipio tituli: vsqz ad. §. emācipatos. Et dic hec scilicet differētiam sexus: ꝛ gradus: ꝛ modi exheredationis. vt supra eodem. §. primo. ꝛ posthumis. ꝛ. §. sed feminini. non autem dicit de his que postea vsqz modo dicta ab. §. illo emancipat.

b ¶ Uetustas. Id est media iurisprudentia: vt statim sequitur.

c ¶ Constitutio. C. de libe. preteritis: vel exhereda. l. maximum.

d ¶ In hoc. Alis enī multe differentie sunt. vt. ff. de statu hominum. in multis.

e ¶ Nihil interesse. In aucten. quibus modis na. efficiuntur sui. §. nō autem. colla. vij.

f ¶ Quia. prima ratio.

g ¶ Officio. Idest simili offō. vna enī indiget altera ad procreationē sobolis. ꝛ hec est prima ratio legis duodecim tabulaꝝ. vt. C. de legi. hereditatibus. l. lege duodecim tabularum.

a ¶ Lege antiqua. ✠ argumentatur ex iure antiquo: sic supra q̃ ma. pos. §. finali. & hec est secunda ratio. b ¶ Uidentur. Scilicet dando filie bono. pos. contratabu. in totum. licet n̄ pos sit dicere: nullū: vt su. vt. C. de liber. pre. l. maximū. ibi Et si preterit⁹ &c. & hec est tertia rō. c ¶ Simplex. Ad differentiam antiq̃ distictionis. vt supra eo. §. primo. d ¶ Per virilē sexū. Quid de descēdētibus per femininū? Respon. Admittunt: sed cū diminutione tertie partis. vt .j. de here. q̃ ab intestato §. diui. & C. de col. bo. l. illā.

qua[a] duodecim tabularum oīs similiter ad successionē ab intestato vocabātur: qd & pretores postea secuti esse videntur[b] & ideo simplex[c] ac similē ius & in filijs et in filiabus: & in ceteris descēdētib⁹ per virilē[d] sexum personis non soluz iam natis: sed etiā posthumis itroduxit: vt omnes siue sui siue emācipati sint: vel heredes instituant: vel nominatiz exheredent: & eundē[e] habeant effectū circa testamenta parētū suorum infirmanda: & hereditatē auferēdā: quē filij sui: vel emancipati habēt siue iam nati sint: siue adhuc in vtero constituti postea[f] nati sint. Circa adoptiuos autē filios certā induximus diuisionē que in nostra constitutione[g] quaz super adoptiuos tulim⁹ continetur.

¶ Preteritio militis in expeditiōe testātis si scit se habere liberos: p exheredatiōe habetur. Angelus are.

¶ Sz si in expeditione occupatus[h] miles testamentū faciat: & liberos suos iā natos: vel posthumos nomiati nō exheredauerit sz silētio preterierit: nō ignorans[i] an habeat liberos:

lum quādo preteritus est. Sz eman cipatus tm̄ habet contratabulas. vt. C. de libe. prete. maxime, §. sancimus itaq3 &c. & ff. de legat. pre. is qui. Si autez exheredentur habēt querelaz oēs vt. ff de côtratab. l. nō putauit. §. nō queuis. & de inoffic. testa. l. papinian⁹. f ¶ Postea nati sīt Qui exheredari non. pnt. vt diximus. s. e. §. posthumi. g ¶ Constitutiōe. C. de adoptiōi. l. cū i adoptiuis. & recitat. s. de adop. §. sz hodie. h ¶ Sz si. Occupat⁹ qd si nō est in expeditōne? Rn̄. ius cōmūe obtiet. vt s. de test. mil. §. ill.

medio emācipatus vnicū Querela datur emācis nō patis.

e ¶ Eundez habeant effectū. Quo ad cōmodū. diuerso tn̄ iure. nā suus preteritus. & dicit nullū: & côtratabulas habet: si non vult dicere nul

i ¶ Non ignorās. Si eni ignorat. non valet testamētum: vt. C. de testamen. mili. l. sicut certi iuris. ✠ nisi fuerit eius animi, vt si filium habe

Left margin fragments: no, / q̄pēt / r. l. / ij. ta. / a ad / nitre / at ab / testa / o fe / nia si / ut ma / culus / z An / rc. / His sup̄te rit⁹ hz duo re

Et si vba

essent gñalia apta cōphē dere oēzna scitur̄ bm̄ Bal. lz An. ge. du bitet bic. se cus tñ in pa gano. vt bic ꝑ eum.

ret esset exheres. vt. ff. de testamen. mili. l. qui iure militari.

a ¶ Pro exheredatiōe. Ideoqꝫ q̄ rela inofficiosi testamenti agitur: sꝫ hoc cū miles est paterfamilias: nāz tūc nō ꝑt haber̄ lo cū castrē se pecu liuz: si em̄ eēt filiusfamilias nō habe ret locuz querela. vt. C. d̄ in offi. test. l. fi. §. fi.

¶ Addi. Ista glo. hodie est falsa. vt no. s. d̄ te sta. mili. in glo. su ꝑ verbo cōmuni.

b ¶ Mater. Idez itelligo: i silentio li berorūz: ad mater nā lineā. vt. C. d̄ in offi. testa. l. cum filium. Accur.

¶ Additio. Et hec vera quādo fuit inserta causa: ⁊ tunc ad hoc matrez vel eius lineā habet pro exhereda tione: ⁊ habet locuz querela. vt hic. Quo aūt ad prēz ⁊ ei⁹ lineā si sit fa cta preteritio a filio in ptāte ꝯpetit ius dicendi nullū: si ab emācipato: dat̄ contratabu. Sed hodie non ex pressa causa testm̄ est nulluz. vt. §. j. in aucté. vt cum. de appel. cogno.

Prete ritio an ha beat ꝑ ex hrda tione. c

c ¶ De iure ciuili. Quia non habꝫ eos in potestate. vt ifra de here. qua lita. ⁊ diffi. §. ceteri.

d ¶ Edicto. Quo emācipati vocan tur. vt. s. eo. §. emancipatos. q2 eos nō potest emācipare. vnde cōtrata bulas lo cū nō hꝫ: vt hic et ff. de con tratabu las: illud §. ad te stamēta.

e ¶ Eis. Scilicꝫ: descēden tibus p li neam fe mininaz: dat̄ tamē ⁊ alijs et his maxi me vt. C. de inoffi. testa. l. fi liam.

f ¶ Pau lopost. vt infra d̄ i offic. test. per totū.

silētiū ei⁹ ꝑ exhe redatiōe [a] nomina tum facta valere: cōstitutiōibus pri cipum cautuz est.

¶ Preteritio m̄r na: vel p maternaz lineā ascendētiuz. habet̄ ꝑ exhereda tione. Aretinus.

¶ Mr̄ [b]: vł auus maternus: necesse nō habent liberos suos: aut hr̄des in stituere: aut exhe redare: sꝫ pñt eos silentio omittere. Nā silentium ma tris: aut aui mater ni: ⁊ ceterorūz per matrem ascenden tiū tātū facit quā tū exheredatio pa tris. Neqꝫ enī ma tri filiuz: filiamve neqꝫ auo materno nepotē: neptemve ex filia si eū eamve heredem non insti tuat exheredar̄ ne cesse est: siue de iu re [c] ciuili q̄ramus siue de edicto [d] p̄ toris: quo ꝑtor pre teritis liberis con tratabulas bono rū possessionē pro mittit. Sed aliud eis [e] adminiculum seruat̄: quod pau lo [f] post: vobis ma nifestum fiet.

¶ De here dibus institue n dis.

Conti nuatō

¶ Cōtinuatur hoc modo. Uidim⁹ supra de ordinatione testamentoꝝ. in titu. de testamen. ordi. Ueꝝ quia causa efficiens fuit necessaria: ideo postea posuit de personis testantiū. vt in titu. de testamen. mili. ⁊ qui te stari non possunt. in titu. quibus li cet facere testamentum vel non al's est titulus: qui. nō ē per. facere testa men. Ueruz quia in testamentis he redes instituuntur. Uidendum est ergo de hoc titulo. Aretinus.

Uel sic Uisum est supra de filijs tam natis q̄ nascituris heredibus instituendis: vel exheredandis. Nūc sequitur videre generaliter de extraneis heredibus instituendis.

des institui possunt tam liberi homines q̄ serui. et tam proprij serui q̄ alieni: sed olim scōm sententias plurium non licebat proprios aliter instituere heredes q̄ cum libertate expresse data. sed hodie secus est nā auctoritate nostre cōstitutiōis licet dominus nl'la mentiōe facta d libertate ꝓprios suos in testamēto suo heredes instituerit: hoc tamen de nouo non induximus: nā antiquitus attilicinus iurisconsultus hoc induxerat paulus etiam in libris suis quos tam ad massurium sabinum q̄ ad plaucium scripsit refert hoc idem attilicino antiquo iuriscōsulto placuisse. Unde quod antiquitus attilicino ⁊ paulo placuit nostra constitutio in legis necessitatem introduxit.

¶ De heredibus instituendis [a]. in quo quis habet nudam proprietatem. Aretinus.

¶ Liber homo: vel seruus propri⁹ vel alienus potest heres institui sine mentione libertatis. Et etiam intelligitur proprius:

Heredes instituere [b] permissum [c] est: tam liberos homines q̄ seruos:

a ¶ Instituendis. Id est q pōt institui. vt .j. e. vsq ad §. si plēs. ⁊ §. fina. Itē ⁊ q̄liter d̄beāt īstitui vt .j. eo. §. si plēs vsq ad. §. si.

Diuisio.

Heredes. ¶ Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Primo ponit regulam generalem ꝙ non solum liberi sed etiam serui: ⁊ non tantum proprij sed etiam alieni possunt heredes institui. Scdō declarat qualiter proprius seruus potest institui: ⁊ quis dicatur proprius seru⁹. Tertio quis dicatur alienus ⁊ quomodo potest institui. Quarto ꝙ nō tātum vnus: sed etiam plures possunt heredes institui. Quinto pōit diuisionem portionis hereditatis: ⁊ de effectu ipsius. Sexto de institutione sub cōditione. Septimo ꝙ etiam ignot⁹ testatoris pōt heres institui. Secūda ibi. Proprios aūt. Tertia ibi. Alienus seruus. Quarta ibi. Et vnum hominem. Quinta ibi. Hereditas plerūq. Sexta ibi. Heres et pure. Septima ibi. Hi quos. Uel diuidas vt diuidit hic glo. ru. Are.

¶ Heredes. Casus. ¶ Pone igit sic casum. In prima parte. Dñe vos vultis tracta. de here. instit. dicatis igitur mihi qui possunt heredes instituti? Ad hoc respon. Amice here-

b ¶ Heredes instituere. q. d. dños intus in bonis suis facere. nam heres. i. dñs. vt. j. de here. qua. ⁊ differen. §. fi. Itē ideo dixi intus: qz ita subintrat heres i dñium rerū defuncti: ac si eadē persona esset. vt in auctē. de iureiur. a mori. §. j. colla. v. ⁊ ff. qui. ex cau. ma. l. cum miles. Acc.

¶ Additio. Non tñ est idem dñium qd erat penes defunctum: sed fingit esse idē. Secus aūt i possessiōe quā volēs perdere ⁊ in aliū trāsferre statim pdet: ⁊ noua renascit stati ꝙ est apprehensa: ⁊ intelligit semper fuisse continuata si iterim a nemie fuit occupata. Angelus aretinus. Possessio an sit eadem cum possessiōe defuncti.

c ¶ Permissum est. Scilicet a iure.

a ¶ Proprios. scilicet seruos.
b ¶ Alienos. Sic. ff. eo. non minus
c ¶ Constitutione. vt. C. de ne. ser. here. instituen. l. cum quidam.
d ¶ Eos. Scz proprios seruos.
e ¶ Nō per innouationē. q. d. non īduximꝰ hoc ď nouo: sed apud antiquos hoc idez dixerat. attilicinus: vt subijcit. Sz ꝯ. s. q. ex cau. ma. nō lz §. idē iuris. ibi noua humanitatis. ꝛc. Sol.

¶ Adhuc prosequitur primaz partem iustinianus determinando qui possunt heredes institui. Unde po. si casum. Domine vos dixistis mihi ꝙ proprius seruus potest heres institui. modo dicatis mihi qs dicat ppriꝰ seruus? Adhoc respondet. Amice ꝑprius seruus quo adhoc: vt possit institui intelligitur etiam in quo ille testator nudaz habet proprietatē:

ꝛ tam proprios[a]: ꝙ alienos[b].
¶ Proprios aūt olī quidem scōm pluriū sententias nō aliter ꝙ cum libertate recte instituere licebat: hodie vero etiam sine libertate ex nostra ꝯstitutione[c]: heredes eos[d] instituere permissum est. ¶ Nō nō ꝑ innouationem[e] induximus sed quoniam equius erat ꝛ atticilio placuisse paulus suis libris (quos tam ad masurium sabinū ꝙ ad plaucium scripsit) refert. ¶ Proprius autem seruus etiam is intelligitur in quo nudā proprietatē[f] testator hz alio vsūfructū habēte.

iste Justinianꝰ nō inuenit sz rōnem reddit cū nō est verisimile ꝛc. vt ibi vel aliter. Attilicino placuit ꝛ Paulo: sz in legis necessitatē nō deduxerūt sic ꝛ. s. ď testa. §. sz neqꝫ heres. Justinianꝰ vero. i legē necessitatē induxit: vt ex ipsa institutiōe liber eē videat. ✠ Itez nunquid corrigitur quod alias dicitur scilicz ꝙ pure institutus est sub conditione liber: qꝛ ꝙ expectatur conditionis euentus. vt. ff. eo. l. seruus. §. primo. l. quotiens. §. finali. ꝛ. l. qui filio. §. primo. Respondeo, non quia istud locum habet quod hic dicitur qñ libertas nec est data expresse nec fuit retardata: at ibi expresse fuit retardata. ¶ Additio. Si autem esset expresse inhibita non valeret institutio. vt dicto. §. idem iuris.
¶ Proprius autem seruus. Casus

✠ In dic hz doctores ꝙ prius fuit ius necessitate: postea abrogatuz tertio ꝑ iustinianū

lz alius in eo vsūfructū habeat. nam nihilominꝰ ppriꝰ seruꝰ intelligitur
f ¶ Nudam proprietatē. vt iste liber ꝛ heres necessarius fit. vt. s. eodez: Respon. sed tamen vsufructuarius perinde vtet ac si esset seruus adhuc. vt. C. communia de manu. l. prima. §. si autem proprietarius.
